Notandū ſcō. q̄ iſtud ius hodie coꝛrigit in duobus. p̄mo q̄ hodie nō ſolū ſuccedūt filius et filia ſoꝛoris mee. ſed etiā vlterioꝛes vt in aucten. ceſſante. C de legit. heredi. ſcō q̄ exhitibus fratribus vel ſoꝛoꝛibus filius aut filia alterius fratris vel ſoꝛoris bene ſuccedit defuncto patruo vel auūculo. cuius cōtrariū hic dicit. Illis enī exiſtentibus ceteri gradus remanēt ſemoti. i. excluſi ℌm iſtū tex. vt p̄z in alle. auctē. ceſſāte.

Liber Tertius

Notandum tertio. q̄ ad sciendū an isti debeant succedere in stirpes vel in capita. Dic est distinguendū. q̄ vel succedūt filij aut filie cū patruis vel cum auūculis suis. et tūc succedūt in stirpes et nō in capita vt titulo p̄mo. ff. fi. et in aucten. cessante. C. de legit. hēdi. vel succedūt sine patruis vel auūculis inter se patruo vel auūculo suo. et tunc sunt opinio. docto. Azo enī dicit q̄ tūc succedūt in capita et nō in stirpes p̄ istum tex. et p̄ aucten. cessante. Sed accursius videt velle q̄ succedūt in stirpes per. ff. reliquū. in aucten. de heredi. ab intesta. venien. opinio Azonis ē cōior. et in ea opinione sunt Goffre. Jaco. de arena. Dynus et etiā Cy. et bulgarus. plures etiā sunt in opinione accursij. Et ideo iste punctus requirit impialē discussionem.

Notāduz finaliť. q̄ germani seu germane fratres vel sorores dicunť q̄ sunt ex eisdē patre vel matre. Cōsanguinei tantū sunt qui sunt ex eodē patre. Sed vterini tantū sunt qui sunt ex eadē matre. Hodie igiť fratres et sorores vtrīq̄ coniuncti succedūt sibijnuicē in capita. Dz filij eoz si inter se succedāt. succedūt etiā in capita. Dz si cum patruis vel auūculis in stirpes vt dictū est. Dz fratres vel sorores cōsanguinei tantuz vel vterini tantū. si simul cōcurrāt tūc cōsanguinei succedūt in bonis p̄is et vterini in bonis matris. et alia bona diuidunt eq̄liter vt. l. de emancipatis. C. de legit. heredi. Dz si defunctus sit aliquis q̄ habeat fratres aut sorores vtrīq̄ cōiunctos et alios ex vna p̄te cōiunctos tantū. tunc vtrinq̄ cōiuncti p̄ferētur alijs. quia sunt duplici vinculo coniuncti. q̄. fortius est vno vt. l. post fratres. C. de legit. heredibus.

Si plures sint.

Sūmať sic. Pluribus gradibus agnationis existentibus succedit ille q̄ est in proximiori gradu. siue vnus sit siue plures. Et proximitas gradus attēditur tp̄e mortis si nō sit factū testamentū. Dz facto testamēto attendiť tp̄e destituti testamenti. hoc dicit.

Notādū p̄mo. q̄ ex isto tex. ptz q̄ qui proximior est gradu. prior est in successione. concor. l. ij. ff. hēditas. ff. de suis et legit. heredi. Et licz lex loquať in singulari nūero. intelligiť tm̄ etiā in plurali. vt si sint plures in proximo gradu sil̄ succedūt. Nā indefinita in iure eq̄pollz vn̄. l. i. ff. fi. ff. si q̄dru. paupe. fecisse dicať. Et singularis nūerus exponiť p̄ pluralem maxīe qn̄ hoc videť esse de intentione legislatoz. Et seruit istud in multis. Nā si factū esset p̄clama q̄ quicūq̄ p̄mo intrauerit tale castrū habebit centū florenos. et multi simul intrāt vt nō cōstet qs sit primus dn̄t simul habē centuz florenos et inter se facere p̄tes vt. l. si finita. ff. cū āt plures. ff. de dam. infec. Licz aliq̄ dicāt q̄ nullus dz habē quia seipos impedūt p̄. l. si fuerint. ff. de reb' dubijs. q̄ illa lex loquiť in testamētis. Alij etiā dicūt q̄ q̄libz dz habere cētū p̄. l. qui filiabus. ff. de lega. p̄mo. Sed prima opinio verior est. Et de isto notať p̄ bar. in. l. hoc articulo. ff. de heredi. instituen.

Notādū scdo. q̄ proximitas attēditur tp̄e mortis illius de cuius hēditate queriť. si nō sit factū testamētū. Dz si factū sit testamentū tūc attendiť tp̄e destituti testamēti. vt hic in tex. Ex quo patz q̄ q̄litas adiecta v̄bo debz intelligi fm̄ tēpus v̄bi. q̄d facit ad intelligendū multa. Nā si sit statutuz. q̄ dn̄s debz satisfacere p̄o delicto famuli sui. hoc non debz intelligi de delicto q̄d cōmisit ille antēq̄ fuit famulus. Dz de delicto cōmisso tp̄e quo fuit famulus. Idem est si sit statutū q̄ iunior canonicus debeat cō/

De legitima agnatoꝝ succeſſione.

ferre p̄bendā vacātez. ⁊ vacet p̄benda. Et añ̄ cōferat ſupueniat alius canonicus. tūc ille ſupueniēs nō dz cōferre ſed qui fuit iunior tpe quo vacabat. fa. nota. p̄ bar. in. l. ticius. ℣ vſq; ff. de teſtamen. militis.

☞ Opponit ſic Et videt q̄ proximior in gradu nō ſemp̄ p̄ferat in ſucceſſione. q̄ filius fuccedit cū patruo ſuo alteri patruo ſuo defuncto. cuz tñ patruus ſit in ſecūdo gradu. et filius in tertio gradu. ¶ Soluitur ¶ Iſtud intelligit quādo q̄s ſuccedit ex p̄pria p̄ſona ſua. tūc iſte filius ſuccedit ex p̄ſona p̄tris ſui. vt auct. ceſſante. C. de legit. heredi.

Placebat Summat ſic. Oliz iure ciuili excluſo p̄mo gradu agnationis nō admittebat agnatus ſc̄di gradus. ſed trāſiuit hēditas ad cognatos. poſtea aūt iure p̄torio admittebat agnatus ſc̄di gradus. nō tñ iure agnationis ſz p̄gnationis. Et poſt hoc dñs Iuſtinianus correxit iſta iura vt ſcz agnatus ſuccederet de gradu in graduz p̄pter duas rationes. Prima ē q̄ abſurdū erat q̄ agnati ſuccederēt de gradu ad gradū. et nō agnati. Secūda ratio quia agnati ſuccedūt de gradu ad gradum in onere tutele. ḡ etiam ſic dēbnt ſuccedere in emolumento recipiēde hereditatis. hoc dicit.

☞ Notādū p̄mo. q̄ pro intellectu iſtiꝰ tex. Aliq̄ ſunt p̄mittenda. p̄mo q̄ in ſucceſſione dēbnt cōſiderari ordines ſeu capita. Et gradus ordinis ſeu capita ſunt quattuor. ſcz vnde liberi. vnde legitimi ſeu agnati. ⁊ vñ cognati. ⁊ vñ vir ⁊ vxor. Et in iſtis ordinibus ſeu capitibꝰ reperiunt gradus. Nā in ordine vñ liberi p̄mus gradus eſt filioꝝ. ſc̄s nepotuz tertius p̄nepotū. ⁊ ſic cōſequent. Similiter in ordine vñ legitimi ſeu agnati ſūt gradus ſcz filij nepotes p̄nepotes. ⁊ ſic deinceps. Et ita etiā in ordine agnatoꝝ vt ff. ſi tabu. teſtamen. mili. extāt. l. i p̄mo reſpōſo. Secūdo p̄mittendū eſt q̄ ſucceſſoriū edictū p̄t procedere de ordine in ordinē. vt ſi deficiāt agnati primi gradus veniāt cognati. vel p̄t procedere de gradu in gradū vt ſi deficiat agnatus p̄mi gradus. veniat agnatus ſecūdi gradus vt ff. de ſucceſſo. edic. l. i. ℣ quibꝰ

¶ Notāduz ſc̄o. q̄ iſtis ſic p̄miſſis intelligit hic in iſto tex. triplex ius. Primū fuit ius ciuile legis xij. tabularuꝝ. ſm quod agnati nō ſuccedebāt ꝺ gradu ad gradū. ſeu de p̄ſona ad p̄ſonā. ſed deficiente p̄mo gradu p̄tinebat hēditas non ad ſc̄m gradū ſed ad aliū ordinē ſcilicz cognatiōis. et hoc tāgit hic in p̄ncipio tex. Secūdū ius fuit p̄toriū ſm qꝺ agnatus ſecūdi gradus admittebat ad ſucceſſionem deficiente p̄mo. nō tñ iure agnationis ſed iure cognatiōis. Et hoc ſi nullus cognatus erat proximior in gradu. et hoc ius tangitur hic. quod iteruz p̄tores. Tertiū ius fuit Iuſtiniani q̄ cōſtituit q̄ agnati ſuccederent de gradu ad graduz p̄pter duas rationes que ponunt hic in textu. et tacte ſunt in ſūmario. et hoc ius ponit ibi. ſed nos. Hodie āt iſtud non habet dubium. q̄ agnati et cognati ſimul ſuccedūt ſm proximitatem gradus vt agnati p̄mi gradus et cognati eiuſdez gradus. p̄mo admittunt. et ſic etiā ſecundi gradus. et deinceps in auct. de heredibus ab inteſta. venien. ℣ reliquuz.

Ad legitimam. Summat ſic. Licz olim parens nō admittebatur ad ſucceſſionem liberoꝝ emācipatoꝝ niſi expreſſe fuerint emācipati cum contracta fiducia. Hodie tamen omnis emancipatio intelligitur facta cum contracta fiducia. Et ideo hodie indifferenter parens admittitur ad ſucceſſionē liberoꝝ

emãcipatorũz .hoc dicit. Et ptz intelle/ctus textus.

☞ Notãdum primo. q cõtracta fiducia est qñ pater emãcipãs filiũ suuz re/seruat sibi ius succedendi si turbato or/dine filius moriat añ pñez. Et istud olim debebat fieri expresse alioquin pat non succedebat. sed hodie oĩs emãcipatio intelligit facta cũ contracta fiducia vt hic dicit.

¶ Notãdũ scdo. q licz p emãcipationẽ filius desinit esse agnatus pñis. Et pdit ius agnationis. nec iure ciuili pñi succedit vt s titu. prio §. emãcipati. tñ pñ nõ desinit esse agnatus. nec pdit iura agnationis respectu filij. vt. l. fili⁹. ff. de suis et legit. heredibus. Et ex illo ptz ratio istius textus. quare scz pater etiam iure ciuili succedit filio emãcipato. cum tamen illo iure filius non succedit sibi.

☞ Oponitur sic Et videtur q iste textus nõ potest stare quia correlatiuorum idem est iudicium vt. C. de edic. diui Adriani tollen. l. ij. ergo si pater succedat filio etiam filius debet succedere patri. ¶ Solutio ¶ Correlatiuorũ idẽ est iudicium ab initio sed non semp ex post facto vt hic. Nam p emancipationem perditur ius agnationis filij respectu pñis. sz nõ ecõtra vt dictũ est.

Titulus iij

Ad senatusc̃õsultuz tercullanum.

¶ Continuatur sic. Dictuz est supra de successione agnatorum. Consequenter dicendum est de successione cognatorũ Et quia inter matrem et liberos suos est agnatio vt. §. de successio. cognatorum in principio. Idcirco primo videndum ẽ quomodo mater succedit liberis suis quod fit per senatusc̃õsultũ tercullianũ Et ideo iste titul⁹ rubricat. ad senatus/cõsultuz tercullianũ.

Ex rij. tabularũ.

Summat sic. Lege rij. tabulaz cognati nullo modo succedebant ita q etiã nõ esset successio inter matrem et filiũ vel filiam. Sed pretores dabãt istis psonis successionem p bonoz possessio. vñ cognati. hoc dicit. vsqz ad §. sed he. Et ptz intellectus textus.

☞ Notandũ primo Q in isto titulo tãgunt quattuor iura de successione mñs respectu filij vel filie. Primum est ius rij. tabulaz fm qđ mater nõ succedit filio nec econtra. Et illud ius tangit hic in principio istius §. Secundum est ius pretorum p quod mater succedebat filio p bonoz possessio. vnde cognati scz deficientibus agnatis. et hoc ius tangit hic in ꝑncipio. nisi quod pretores. Tertium est ius senatusconsulti terculiani per qđ mater ingenua habens tres liberos vel liberta habens quattuor admittitur ad successionem filij sui defuncti etiaz si talis mater adhuc sit in potestate parentis sui cuius iussu debz hereditatem adire. Et istud ius tangitur §. eodẽ §. proximo. ibi. postea autem senatusc̃õsulto terculiano. Et fm istud ius liberi ipius defuncti excludebant matrem defuncti que est auia ipoz liberoz. Similiter pater excludit matrem ita etiaz frater consanguineus excludit matrem Sed soror cõsanguinea admittitur cuz matre. Et iste tanguntur §. eodem §. preferuntur. Quartum ius est domini Justiniani fm qđ mater indistincte siue sit ingenua siue liberta. et q̃uis solũ vnum filium habeat vel filiam admittitur ad eius successionem. Et istud ius tangit §. eodem §. sed nos. Sed extra text. istum esse quintum ius quod hodie hz locum pro quo sic est distinguendũ. q moriẽte

aliquo tūc vel habet liberos vel nō.p/mo casu succedūt liberi oībus alijs exclusis. vt auctē.in successiōe.C.d legit. hēdi. Si nō hz liberos tūc vel hz ascēdentes solū vel ascendētes cū collateralib⁹.pmo casu pī ⁊ mater eqliter succedūt exclusis alijs vlteriorib⁹. vt auctē. defuncto.C.ad terculia. Hz si sint ascendentes cū collateralib⁹ vtputa pī mat frater et sororz. tunc aut isti collaterales sunt vtrinqz coniūcti ipi defuncto .vel nō.in pmo casu succedūt sil' cū ascēdētib⁹ primioris grad⁹. exclusa oi differētia sexus in viriles portiōes vt in d.auct̄en.defuncto. Et pī in ista portiōe frīs nō hz vsumfructū. vt auctē. itē hēditas C.de bo.q̄ libe. Hz si collaterales non sunt vtrinqz cōiūcti tūc nō succedūt cū ascendētib⁹ vt in d.auctē.defuncto. Si ẏo collaterales sint soli tūc succedūt sicut d.ē s titu.pri.H.hoc etiā addendū.

¶ Notādū scdo.q qñ tex.dicit ḃ q lex xij.tabu. pponebat masculoz pgenie ḃ intelligiť de masculis agnatis.de quib⁹ s titu.prio.H.i.d. est. Et istud ẏbū. ponebat.capiť ḃ impropie.q lex xij.tabu. nullozmō vocabat pgnatos: ⁊ ita nō pponebat ꝓprie agnatos cognatis. q sic pgnati sequerenť p⁹ agnatos. Ex q̄ etiā ptz q ille q̄ nō hz sub se clex vel populum impropie dicit eps. Dicit enī eps ab epi qđ est supā et scopin grece qđ est intēdere vel specular latine q̄si supintendēs vel supspeculator curā aliorum gerēs.xxi.distinc.c.cleros et viij.q.i.ca: qui epatū ꝛc. Hz talis neminē hz cui superintēdat.de quo etiā in c. plerisqz.in cle.de electio.

¶ Notandū finaliť.q qñ in tex.dicit p feminini sexus necessitudinē exponi dz i.pgnationē. Nā pgnati dicunť ncārij. ff.de iusti.et iure.l. fina.

Sed he iuris. Sūmať ¶ Post istud ius claudius pīceps dedit matrū bus successionem filioz amissoz. Et debet intelligi in bello ad earū solatiū. sed postea venit senatusconsultū terculianū fm qđ mater ingenua habens tres liberos.⁊ libertina q̄ttuor.succedebat filio vel filie q̄uis ipa mať esset in ptāte sui parētis.cuius iussu debebat talē hēditatē adire.hoc dicit.

☞ Notādū pmo Qz ius aliqñ dicatur angustiosuz vt ḃ et ff. de successio.liberto.in pncipio.et ff.qđ q̄s.iuris sta.l.iij.

¶ Notādū scdo q cū dicit ḃ claudiū statuisse matrē succedere in solatiū liberoruz amissoz. hoc dz intelligi in acie pncipis q̄ dicunť viuere in gloria vt s de excusa.tuto.H.i. Et dicūt aliqui claudiū statuisse generaliter matrem succedē vt C.de inofficio.testamen.l.liberi.sed primū melio⁹ est.

¶ Notādū z°.q licz ḃ dicať auiam nō succedere.hodie tñ etiaz succedit vt in auctē.de heredi.abintesta.venien.H.cō sequens. collatio.ix.

¶ Notādū q̄rto.Qz licz fēia nō habeat liberos in ptāte vt s de adoptio.H.femine. Dicit tñ liberos habere seu ius liberoz habere vt ḃ in tex. Et hz mať tres liberos etiā si pepit geminos vt ff. de ẏboz signifi.l.cū enixa.

¶ Notādū q̄nto.q ex isto tex.habeť q vxor pt remanere in ptāte pīis sui. Est tñ etiā in ptāte viri maxīe quo ad debitā carnis.et etiā quo ad opas. q teneť opari marito suo.vt ff. de opis liberto. l.sicut. Quō āt vxor sit in ptāte pīis.et quō in ptāte viri latius habeť xxxv.q. ij.c.mulierē. Et istud est de iure romanoz. Secus āt de iure longobardoz vt C.de pditio.inser.l.si vxor. Et in lōgobarda. quibus modis mulieri alienare pmissum sit.l.i. Et dicit Johan. fabri q istud est de cōsuetudine in frācia.

¶ Notādū finaliter.Qz qñ hic dicit q mater debet adire hereditatē iussu pa/

rentis sui. hoc intelligit esse verum de iure antiquo ꝑm quod omne qđ acquirebat ꝑ filiũ acquirebat patri. vt ff.de acquiren.heredi.l.qui in aliena. Modie ãt in solis prouectitijs et nõ in aduenticijs requirit iussus vt.C.de bo.que libe.l.fina.§.si nõ ecõtrario.

Preferũtur autem.

¶ Sũmat sic.Eodẽ iure scz senatusco sulti terculiani liberi vtriusqz sexus.et pi et etiã frater ꝓsanguineus ipius defuncti vel defuncte excludunt matrem Sed auus vel proauus nõ excludit matrem si pater nõ sit in medio.Soror aũt ꝓsanguinea succedit simul cũ matre.Et si sint fratres ⁊ sorores ꝓsanguinei tunc hẽditas defuncti est eis cõis. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

☞ Notandũ ꝓmo.Qz cũ dicitur hic liberos excludere matrem.hoc etiã verum est de liberis adoptiuis in ãntum velint succedere vt ff.eodẽ.l.ij.§.liberi. Sed quod hic dicitur patrẽ excludere matrem.hoc nõ est verum de patre adoptiuo vt ff.eo.l.ij.§.sed neqz auus.

¶ Notandum scđo.Qz dicit notant inter.qđ auus aut ꝓauus nõ excludit matrem quãdo inter eos solos de hereditate defuncti agit. hoc est qñ pat nõ est in medio.Mã tũc auus excludit patrez isto iure vt ff.eo.l. equissimũ.§.i.Et pat excludit matrem vt hic dicitur.ergo qñ pater est in medio auus excludit matrẽ

☞ Opponitur sic Et videtur qđ auus omnino debet excludere matrem.qz excludit patrem vt in allega.l.equissimũ. Et pater excludit matrẽ vt hic ꝑ regulam.si vinco vincentem te. tunc etiam vinco te.ff.de diuer.et tempo.prescrip. l.de accessionibus ¶ Solutio ¶ Illa regula habet veritatem quãdo est eadem ratio vincendi te.⁊ vincendi vincentẽ te.Hic aũt nõ est hic. quia quãdo pater est in medio.tũc auus excludit patrem. et ꝑ ꝑñs matrem tanqz proximus agnatus.sed qñ pi non est in medio tũc auꝰ nõ habet illud ius.qz habuit ratione patris.Et de isto notatur ꝑ bar.in.l.clau dius ff.qui potio.in pigno.habeant.

Sed nos.

Sũmat sic.Constitutiõe domini Justiniani mater indistincte succedit filio suo defuncto. et excludit oẽs alios exceptis fratribus et sororibus siue cõsanguineis siue ꝓgnatis Mã si cũ matre sint tantũ sorores.tũc mater succedit in medietatẽ.et sorores simul in alterã medietatez hereditatis defuncti. Sed si cũ matre sit frater vel fratres vel etiã sorores ꝓsanguinei vel cognati diuiditur hẽditas inter eos ꝑm capita.hoc dicit.

☞ Notandũ ꝓmo.Qz ista cõstitutio de qua bloquit dñs Justinianus habetur C.de iure deliberã.l.ij. nõ in.C. quem nos habem⁹.qz ille factus ẽ post istũ librũ Institutionũ. Sz in Codice qui aũ istũ librũ fact⁹ ẽ quẽ nõ habem⁹.

¶ Notandũ scđo Qz nõ est in ptãte muleris habere aliquã vel plures proles qz hoc dependet a ptãte diuina.fa.c.nasci.l.vi.dis.Et si iste defectus esset imputandus tunc potius imputaret viro qz mulieri vt.C.de legit.heredibus.l.lege xij.tabulaꝝ.Et ita ptz qđ casus fortuit⁹ nõ est alicui imputãd⁹.ad qđ solet allegari iste textus.

¶ Notandũ tertio.qđ ꝑm antiqs constitutiones qñ mater successit filio tũc dabat tertiã quibusdã legitimis personis scz patruo ipius defuncti vel filio patrui vel eius nepoti et non alijs legitis ꝓsonis.C.eo.l.fi.ꝓmo respõso.Et ita debet intelligi iste textus cũ dicit qđ cõstitutiones abstrahebãt matri tertiã ptez et dabãt certis legitimis ꝓsonis ⁊ in alijs contrariuz faciebant.

Ad senatusconsultū orphicianū.

Notandū q̄rto Q̄ isto iure mater p̄ponit oībus legitimis psonis in successione filij sui defuncti etiā p̄i nisi in vsufructu. qñ p̄ habebat defūctū ī ptāte. C. eo. l. fi. Modic āt p̄ et mr̄ eq̄lit succedūt. Silr etiā descēdentes p lineā patnaz et maternā. vt in auctē. de hēdi. ab intesta. venien. ℌ pñs. colla. x.

Notādū finaliť Q̄ senatusconsultum terculianū corrigiť ħ in duob⁹. Primo q̄ nō admittebat matrē ad successionē filij. nisi ingenua haberet tres liberos. et liberta q̄ttuor. ⁊ ħ corrigiť ħ cū dicit. et dedim⁹ ius legitimū plenū matribus ⁊c. Secdo q̄ frat psanguine⁹ ex senatusconsulto terculiano excludebat mr̄ez s̄ eo. ℌ pferunt. ℵ si. frater aūt psanguineus. Sed isto iure mater succedit cuz fratre siue consanguineo siue ognato vt hic in ℵ si. quēadmodū. et in ℵ si. si vero.

Sed quēadmoduz.

Sūmať sic. Si mater nō petat tutorem filio suo impuberi tutorē nō habēti. vel si tutorem habenti qui tutor remotus vel excusatus est a tutela infra annuz nō petat alium tutorem in locuz remoti vel excusati priuatur successiōe filij sui impuberl. defuncti. Et succedit mater etiam filio vulgo quesito ex senatusconsulto terculiano. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

Notandum primo Q̄ licz filius sit vulgo quesitus tamen mater succedit sibi vt hic dicitur. Et ratio est. quia q̄uis pater sit incertus. mater tamen semper est certa. vt. l. quia mater ff. de in ius vocando.

Opponitur primo sic Et videtur q̄ propter non petitionem tutoris mater nō priuetur successione filij p. l. ij. C si aduersus delictum Solutio Istud fallit in tribus casibus. Primus si casu fortuito mater impediatur petere tutorem vt in. l. allega. in oppositum. Secundus si mater sit minorennis vt C. qui tuto. petant. l. cuz matribus. Tertius casus si filius moriatur pubes vt. C. qui tuto. petant. l. matres.

Opponitur secūdo Et videtur q̄ mater non succedit filio vulgo quesito p. l. si qua illustris. C. ad orphicianū Solutio Q̄ istud fallit quādo mater est illustris quia tunc non succedit filio vulgo quesito. nec econtra filij⁹ sibi vt in. l. in oppositum allega. et amplius patebit in sequenti titulo.

Titulus IV

Ad senatusconsultū orphicianuz.

Continuať sic. Dictum est supra qualiter mater succedit filio ab intestato. hic psequenter tractať qualiter econtra filius succedit matri. Et q̄ ista successio dať ex senatusconsulto orphiciano. Ideo iste titulus rubricať. ad senatusconsultuz orphicianum.

Et circa rubricā. Notādū q̄ sicut ex le. xij. tabu. mať nō succedit filio. sic nec filius matri. vt ī titulo proximo ℌ. Et ideo sicut inuētū est senatusconsultū terculianū. quo mater succedit filio. sic inuentū est senatusconsultum orphicianuz quo filius succedit mri. de q̄ ħ videbiť.

Per contrarium.

Ex senatusconsulto orphiciano filij vel filie tantū et nō vlteriozis gradus descēdentes succedūt matri ab intestato. licz sit in alteri⁹ ptāte. Et excludūt alios agnatos ⁊ cognatos. Imo ex cōstitutiōib⁹ patricialib⁹ etiā nepos succedit auie. et pnepos proauie. et sic deinceps. hoc dicit.

☞ Notandum primo. q̄ in isto ℔ tanguñt duo iura. Primus est ius senatusconsulti orphiciani quo filij t filie tātuz admittunt̄ ad successionē matrū et non vlteriozis gradus descendentes ad successionē ascendētiū, in linea materna. t hoc ius tangit ℏ in principio. Secūdū ius tangit ibi. postea. quo scz nepos admittit ad successionez auie. et p̄nepos ad successionē p̄auie. et sic deinceps descendentes ad successionē ascendentiuz in linea materna.

¶ Notandū scō. q̄ in isto senatusconsulto orphiciano nō attendit̄ differentia an mat̄ sit ingenua vel liberta sicut in terculiano. sed filius indifferent̄ succedit matri vt ff. eo. l. i. p̄mo respon. īmo etiā licz mater sit ancilla et facta est sibi moza in fideicōmissaria libertate danda filius succedit sibi vt. C. eo. l. fina.

¶ Notandū tertio. q̄ qñ dicit ℏ in tex. q̄ tam filio q̄ filie data est legitima hereditas hoc nō debz intelligi p̄ le. xij. tabulaz. quia illa lege filꝰ excludit̄ ab hēditate matris vt s̄ titulo proximo ℔ i. sz debet intelligi q̄ datur hēditas ex isto senatusconsulto orphiciano. qđ tenet vicem legis vt. j. de exceptio ℔ hec exempli causa.

¶ Notandum finaliter. q̄ quando ℏ dicitur q̄ nepos admittitur ad successionem auie. et sic deinceps hoc debet intelligi si ille conceptus sit in vita illius de cuius hereditate agitur vt supō de hereditā. que ab intesta. deferunt̄ ℔ cū aūt querit̄. et ibi dictū est.

☞ Opponit̄ sic Et videtur q̄ ex senatusconsulto orphiciano admittūt̄ ad successionem matris vlterioēs descendētes post filios. quia tex. dicit liberi. et p̄ liberos significāt̄ filij nepotes t p̄nepotes et deinceps vt. l. liberoz. ff. de verboz significa. ¶ Solutio ¶ Liberi ponitur hic et capitur stricte. scz soluz pro filijs et filiabus. vt clare patet ℏ ex isto textu.

Sciendum autē est huiusmodi successiones que.

¶ Sūmatur sic. Successiones que dantur ex senatusconsultis terculiano t orphiciano. non impediuntur per capitis diminutionem sicut successiones que dātur ex lege xij. tabulaz. Et filius vulgo quesitꝰ succedit matri ex senatusconsulto orphiciano. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

☞ Notandum primo. Q; istud p̄mum responsuz intelligitur de capitis diminutione minima. Nam per maximam t per mediam etiam tolluntur iste successiones vt supō de capitis diminutione ℔ quod autem. Si enim liber fiat seruus non succedit matri ex senatusconsulto orphiciano. Sed successio que datur ex lege xij. tabulaz etiam impeditur p̄ minimam capitis diminutionem vt ff. de capi. diminutio. l. tutelas. in qua le. ponitur ista regula. de qua fit hic mentio. Et ratio istius responsi est. quia p̄ minimam capitis diminutionem non tollit̄ ognatio. Et iste successiones que dātur per senatusconsulta sunt inter ognatos Sed agnatio tollitur p̄ minimam capitis diminutionem. Et ideo successiōes que dantur ex lege xij. tabulaz impediuntur quia tales successiōes sunt inter agnatos. de isto dictum est supō de legit. agnatoz tute ℔ fina.

¶ Notandum secundo. q̄ filiorum alij sunt spurij. alij nephārij. alij incestuosi. alij nothi siue adulterini. Spurius ℔ ius ciuile dicitur tribus modis.

Ad senatusconsultū orphicianum.

Primo dicitur spurius de scorto natus id est de meretrice. sicut est vulgo quesitus qui patrez demōstrare non potest propter multitudinem sicut est filius publice meretricis. et sic proprie capit̄ et dicitur a sporas greca dictione quod idem est qđ vulgo cōceptus vt ff. de statu hominū. l. vulgo concepti. vel dicit̄ a sporin quod est seminare. quia nihil aliud de patre q̄z semen affert.

Secundo dicitur spurius vulgo quesitus non vere sed fictione iuris. puta q̄ patrez certuz habet sed talem qualem fm deuz pudor est demōstrare. vt filiꝰ monachi vel episcopi. quia ille videtur non habere patrem. qui euz honeste demonstrare nō potest. ℣. fina. l. i. ff. qđ cuiusuis. no. l. quotiens. ff. de his qui sui vel alieno. cogunt̄. l. vulgo. ℣. hominuz. ff. de statu hominuz.

Tertio dicitur spurius qui natus ē ex matre libera et patre seruo. In glo. vero de renunciatio. c. nisi cuz pri. dicitur q̄ spurius est qui natus est ex concubina. Nepharij sunt. q̄ nati sunt p̄ sanguineis in linea directa ascendente vel descendēte. ℣. ergo nō omnes. supra de nup. Incestuosi sunt geniti ex cōsanguineis in linea trāsuersali in gradu tamen prohibito. hi duo nepharij z incestuosi vocantur fm ius canonicuz manseres vt in glo. c. nisi cum pri. de renuncia. Notthi siue adulterini dicunt̄ geniti ex adulterio. et hoc dupliciter vel ex pte patris et sic dicunt̄ adulterini. Aut ex pte matris et tunc proprie dicunt̄ notthi quia sicut notha febris affligit vt quartana et tamen non est quartana. sic notthus presumitur natus ex adulterio et tamen non est.

Opponitur primo Et videtur q̄ nō bene dicit̄ in tex. q̄ sole successiones q̄ deferunt̄ ex lege xij. tabularuz pereunt p capitis diminutionez p. l. fi. ff. vñ liberi

Solutio Sole debz exponi h̄ vt excludat successiones que dantur p senatusconsulta et nō successiones pretorias. vel potest dici q̄ si illa lex finalis loquatur de successionibus quesitis tunc non tolluntur. Sed si loquatur de querendis tunc bene tolluntur p capitis diminutionem. de isto latius p bar. in. l. capitis. ff. de suis et legit. heredibus.

Opponit̄ scdo Et videtur q̄ filius vulgo quesitus non succedit matri p. ℣. fina. in aucten. quibus modis natura. effic̄iunt̄ sui.

Solutio Ad sciendum successionem prenominatorum filiorum vel non successionem. sic distinguendum est. Quia vel loquimur in feudis. z tūc nullo modo succedunt prenominati. sed solum succedūt filij naturales et legitimi. vt in aucten. si de feudo p̄trouersia fuerit. c. naturales. collatio. x. vel sermo est de alijs bonis. et tunc distinguendū est. Quia vel sermo est de successione patris vel matris. Si patris tunc spurius primo modo dictus nullo mō succedit. quia vulgo quesitus est et patrez demonstrare non potest. ergo non succedit. l. cum le. in fi. ff. de statu hominum. vbi dicitur q̄ talis non sequitur condit̄ionē patris. sed matris. Spurius vo secundo modo dictus q̄ est vel fictione iuris in q̄ntum ius fingit eum vulgo quesituz non succedit sed iuris fictio p̄iudicat ibi. veritati. ℣. qui ab hostibus. z quibus modis ius patrie potesta. soluit̄ sicut ē filiꝰ monachi vel episcopi. Spuriꝰ tertio mō nō succedit patri. q̄ pat̄ eius seruꝰ. et sic nihil habet in quo posset succedere filiꝰ. q̄ seruus nō hz successores. l. seruos. C. de successi. sic ergo ptz q̄ patri non potest succedere. Si vo sermo est de successione mr̄is tunc si spurius accipiat̄ primo mō distinguēdū est. Quia aut mat̄ hz legitimos aut nō. Si nō tūc indistincte succedit mr̄i sicut legitimus etiā si mater sit illustris. Si vero mater habz legitimos tūc aut

est illustris aut nō. si non tunc succedit cū legitimis. Si āt est illustris tunc nō succedit vt in.l. nouissimo. C. ad senatusconsultū orphicia. et in illo casu differt a naturali tantuz. quia ille succedit iste nō. Et ratio specialitatis in illustri est quia maior castitas requiritur ratione nobilitatis. Ex quo dicit imperator castitatis amatores sumus in auctenti. quibus modis natura. efficiuntur legi. ℣. fina. Si vero fuerint spurij secundo modo. id est geniti ex damnabili coitu vt ex presbytero vel moniali. tunc nec succedunt patri nec matri tam ab intestato q̄z in testamento ita q̄ si parentes vellēt eos succedere aut instituere aut si fuerint instituti nō possunt succedere auctē. ex cōplexu. C. de incestuo. nup. īmo q̄ plus est in detestationem criminis a suis parentibus et eoꝝ heredibꝰ non sunt alendi vt in ℣. fina. in auctē. quibus modis natura. efficiunt suū. collatio. vij. Et ita tenuit francis. de zabarel. et consuluit. vt in ca. cuz habeat de eo qui duxit in matrimoni. et idem tenz Johan. de pla. Natus vero ex soluta ꝛ viro coniugato non succedit patri. sed matri. quia coitus ille nō punit ꝛ sic nō est accusabilis vt. l. i. C. de adul. vt tenz hic placen. licz alij dicāt et adulterinos qui generantur ex ꝓiugato ꝛ soluta et nothos qui generant ex ꝓiugata et soluto nō succedere patri aut matri. Natus vero ex ꝓcubina nō obstāte q̄ ius canonicū reprobat ꝓcubitū vt in cle. ad nr̄m. de hereti. succedit matri cū alijs legitimis etiā si sit illustris. vt notat in d. l. si qua. et etiā succedit p̄i in duab⁹ vncijs si p̄ nō habeat alios legitimos vel vxorē vt in. l. licz. C. de natu. liber]. et sic ſm ius canonicū tales succedūt. quia nullibi reprobat successionem vt vult etiā dñs panor. in c. tanta. ex̄. q̄ filij sunt legi. De ista materia plene habebis postea diffusaz distinctionē in titu. de fui. cog. ℣. repetitis itaq̄.

Sed si ex pluribus.

¶ Si ex pluribus legitimis heredibus aliq̄ spōte vel morte seu alia causa ipediti nō adeāt hēditatē. tūc portio eoꝝ accrescit alijs q̄ hēditatē adierūt. ꝛ trāsmittit portio accrescēs etiā nō adita ad hēdes eoꝝ quibꝰ accrescit. si decedāt an teq̄ adeūt. hoc dicit.

☞ Notādum ꝓmo q̄ iste ℣. est cōis ad oēs titulos s̄ positos in hoc tertio libro. et nō tātū seruit isti titulo. Et loq̄tur de successiōe q̄ ē inť legitimos heredes vt ptz in tex. ꝓcor. l. i. ℣. si nemo ff. e. et. l. vnica. ℣. his itaq̄. C. de cadu. tollen. Istud tn̄ etiaz hz locuz in ꝓtorijs successionibus vt ff. de bonoꝝ possessio. l. iij iiij. et v. quia in illis etiā dař isto modo ius accrescendi.

¶ Notādū scdo. q̄ ista portio accrescēs diuidit inť illos quibꝰ accrescit ꝛz quotaz portionis quā hñt ex iure. hēditario successiōis vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. ℣. his itaq̄. Nec est opꝰ q̄ isti adeāt istā portionē accrescentem de nouo nisi augmentū veniat ex alteriꝰ ꝑsona. puta fui vt ff. de acq̄rē. hēdita. l. si solꝰ. ℟. ñso.

¶ Notāduz ȝ°. q̄ ad hoc q̄ isti debeant trāsmittere ptē accrescētez ad heredes requirit q̄ ipi adierūt ptē quā hñt iure hēditario vt. C. de cadu. tollē. l. vnica. ℣. in nouissimo. nisi trāsmitterent ad suos hēdes. q̄z hoc fit licz nō adierūt ptē predictaz. vt. C. de his q̄ aī aptas tabu. l. i.

Titulus V.

De successione cognatorum.

¶ Dictū est s̄ de successiōe agnatoꝝ: et q̄ post agnatos succedūt ꝓgnati. Ideo tractat h̄ de successiōe ꝓgnatoꝝ. Et ꝑ titulus iste sic rubricat.

Post suos. Deficientibus suis hēdibꝰ et q̄ loco suoꝝ sunt atq̄ agnatis. ꝛ q̄

De successione cognatorꝝ.

loco agnatorꝝ sūt.succedūt ꝓximi cognati de iure pretorio cum quibus etiam succedunt fratres et sorores emancipati.sed cum aliqua diminutione.
Et excludūt isti fratres et sorores emācipati alios agnatos inferioris gradus etiā capite nō diminutos. et ꝑ ꝓns etiā cognatos.hoc dicit.

☞ Notandū ꝓmo. q̄ post suos et legitimos heredes. et qui loco eorꝝ sunt. venit successio ad proximū gradū cognationis. siue vnus siue plures sint in illo gradu. Et attēdit ꝓximitas eo tpe quo bonorꝝ possessio deferē vt ff.co.l.i. ℣ proximus. Et nō dat ista successio inter seruos.licz etiā postea fiāt liberi vt dicta.l.i.in ℣ ptinet. Sed bene dat liberis adoptiuis q̄ qui agnascūt possunt etiā ꝑgnasci. vt d.l.i ℣ ꝑgnationē.

¶ Notādū scdo. q̄ iste ℣ hodie nō habet locū. q̄ agnati et ꝑgnati sil' succedūt cuz sublata sit differentia agnationis ⁊ cognationis et patrie ptātis et emācipationis vt in aucten. de heredi. qui ab intestato veniūt ℣ i. collatio. ix.

¶ Notandū ȝ°. q̄ lex anastasiana dabat successionē fratribus ⁊ sororib⁹ emācipatis cū fratribus et sororib⁹ integri iuris ꝓstitutis ,id est non emācipatis seu nō passis capitis diminutionem. Cū diminutione tamen scilicz tertie ptis fortassis. Et dico notanter fortassis. quia non est certum de ista diminutione cuz non habeamus istam legem. De ea tamen fit mentio. C. de legit. heredibus. l. fina. Et ibi ista lex corrigitur. quia isti fratres et sorores hodie succedunt cum alijs sine aliqua diminutione.

Eos etiam qui per.

¶ Sūmatur sic. Successio ꝑ vnde cognati datur etiam cognatis collateralibus. et datur etiam liberis adoptiuis q̄ ad hereditatem parentum naturalium datur etiaz vulgo quesitis. nam isti nō habēt agnatos neq̄ cōsanguineos. hoc dicit. Et ptz intellectus certus.

☞ Notandum primo. q̄ qualiter liberi adoptiui per istud ius succedunt parentibus naturalibus. magis distincte dictum est sup̄ de heredita. que ab intestato deferuntur ℣ admonendi. hodie tamen succedunt iure ciuili vt. C. de adoptio. l. cum in adoptiuis.

¶ Notandum secundo. Q̄ quo ad successionem vulgo quesiti et spurij nō habent agnatos neq̄ consanguineos vt h̄ et ff. vnde cogna. l. si spurijs. Nec spurius etiam est ꝑgnatus respectu patris. vt in dicta. l. si spurijs. Sed quo ad matrimonia habent isti consanguinitatem et affinitatem. quia etiam cōtrahunt ex illicito concubitu vt c. discretionem ⁊ c. penulti. extra de eo qui cogno. ꝑsangui. vxoris sue. et ff. de gradibus. l. nō facile ℣ affines. Sed succedunt isti matri vt dictuz est sup̄ titulo proxio ℣ ij. Et etiā inter se si nati sint ex eadem matre. non āt si ex diuersis matribus vt .l. hac ꝓte ff. vnde cogna.

Hoc loco ⁊ illud.

Summat sic. Successio datur agnatis vsq̄ ad decimū gradū. Sed ꝑgnatis solum datur vsq̄ ad sextum gradum. nisi nati sint ex sobrino vel sobrina. quia illis dat vsq̄ ad septimū gradū. hoc dicit Et ptz intellectus textus.

☞ Notādū ꝓmo q̄ iste ℣ est cōis ad istū titulū et ad titulū s̄ de legit. agnatorum. successio. Sil'e dictū est s̄ titulo proximo ℣ fina.

¶ Notandū scdo. Q̄ quādo textus hic loquit de agnatis. tunc dicit sine succedant ex l. xij. tabulaꝝ sine iure pretorio. Sed q̄n loquit de ꝑgnatis tunc solū dicit eos succedere iure pretorio. quia ex le. xij. tabulaꝝ ꝑgnati non succedunt vt sup̄ ad terculia ℣ i.

Notandū tertio. q̄ de iure Codicis cognati succedūt cuz agnatis vsq̄ ad x. gradū. qz simul vocant hodie ad successionē vt in aucten. in successione. C. de legit. heredi. Iure tñ auctenticoz solū succedūt vsq̄ ad septimū gradum. vt in aucten. de successio. feu. c. hec ratio. collatio. x. Et in iure patronat⁹ soluz vsq̄ ad quītuz graduz vt ff. de successio. liberto. §. sed nr̄a constitutio.

Opponit̄ primo sic. Et videt q̄ etiā isto iure successio nō dat̄ agnatis neq̄ cognatis nisi vsq̄ ad quītū gradū. p. l. ij. §. fi. ff. de veterano mili. succes. Solutio In illa. l. dat̄ successio in castrensi peculio. Et qz hoc ius est p̄ilegiatū in vno debet restringi in alio. vel p̄ōt dici q̄ illa lex loquit̄ de facto. licz aliud fuerit de iure.

Opponit̄ scdo Et videtur q̄ hic inconuenienter dicatur q̄ nati ex sobrino vel sobrina succedūt vsq̄ ad septimum gradū. quia plures sunt in septimo gradu vt ff. titulo p̄xīo. §. sexto gradu. ergo illi equaliter dēbūt succedere. cōsequētia p̄z p̄ simile. Solutio Nō est simile. quia isti respiciūt lineā transuersalez inferius. Alij autez omnes superius vt ff. vnde libe. l. scripto.

Opponit̄ tertio sic Et videtur q̄ p̄gnati non debent trahi seu extendi ad agnatos vt dictum est in tertio notabili. Sed potius econtra per. l. lege. C. de pactis sup dote conuentis. Et p. §. deinceps in aucten. de nup. collatio. iiij. In quibus magis trahitur ad min⁹ Solutio In illis textibus fauorabile est maius trahi ad minus. Sed in isto casu fauorabile ē minus trahi ad maius. vel potest dici q̄ in illis constat ptes in ℔ cōuenisse. hic aūt constat de mēte legis isto modo esse. quia omnis successio que datur p. l. dicitur legitima. Cū ergo legitima extendatur vsq̄ ad decimuz graduz. sequitur q̄ de mēte legis est q̄ cognati debent succedere vsq̄ ad illuz graduz in quo succedunt agnati. Nam ex verbis legis successio equaliter data est agnatis et cognatis. ꝯ̄uis ex v̄bis legis nō habeā. an extēsio debeat fieri ad gradus agnatoz vel cognatoz. Sz hoc habeā ex mente legis vt dictū est.

Titulus VI

De gradibus cognationum.

Continuatur sic. Quia dictuz est sup̄ de successionibus que deferunt̄ fm p̄ximitatez graduuz. Idcirco necessariū est tractare de gradibus cognationum Et ideo iste titulus sic rubricat.

Hoc loco. Summat̄ sic. Gradus cognationuz possunt numerari ascēdendo t descendendo et ex transuerso seu a latere. In ascendentibus t descēdentibus incipitur a p̄mo gradu. Sz in transuersalibus seu collateralibus incipitur a secundo gradu. Et numerantur hic tres gradus. ascendendo descendēdo t ex transuerso. quos non expumo in hoc summario. quia clare patent in textu. et videbunt̄ clarius postea in arbore. hoc dicit. t p̄z intellectus textus

Notāduz primo Q̄ iure ciuili fiūt aliqui actus p̄pter consanguinitatē vt successio ab intestato. et datio tutele legitime. Et aliqui actus prohibent̄ p̄pter cōsanguinitatē vt dat̄ testimoniū Idcirco ncārīū ē p̄gnoscere grad⁹ cognationū vt ff. eo. l. iuriscōsul⁹. Et qz in iure canonico p̄hibet̄ mr̄imoniū p̄pter cōsanguinitatē t affinitatē. Idcirco etiā ncārīū ē canonistā grad⁹ p̄gnationū cognoscē. vt ex de cōsangui. t affi. p totū:

Notādū scdo. q̄ p̄gnatio ē attinētia plonarū ex eo p̄ueniens q̄ vna p̄opagatur ab alia vel ambe ab eadem.

De gradibus cognationū.

Et est cognatio genus ad agnationem et ad cognationem specifice dictam vt ff.eo.l. iurisco sult⁹ ℔ nomē cognatiōis.

¶ Notādum tertio. q̄ in cognatione imaginātur tres linee. vna ascendentiū videlicz parentuz. vt Aui prosaui abaui ꝛc. Alia descendentiuz videlz liberorum. vt filij nepotis ꝛc. Et tertio collateralium videlz fratrum sororꝫ patruorum auunculoorꝫ ꝛc.

☞ Opponitur primo Et videtur q̄ pater et filius nō faciāt vnum gradum q̄ psona addita psone facit nouū graduz vt ff.eo. ℔ hacten⁹ ¶ Solutio ¶ Verum est q̄ psona addita psone post p̄mū gdū semp facit aliū gradū. Sz p̄ ⁊ filiꝰ nō faciunt duos gradus sed vnū. et primum sicut due colūne distātes ex lateribus faciunt vnam fenestram. sed tertia colūna adiecta facit aliam fenestram. et iste cōputus vendicat sibi locum de iure canonico et ciuili vt xxxv.q.v.c. ad sedez apostolicā.

Quarto gradu.

Sūmat sic Quia satis clare ponunt exempla quarti quīti et sexti graduz in tex. Et postea declarabunt ad oculū in arbore.

☞ Notanduz primo ex isto textu q̄ nati ex fratribus et sororibus possunt dici consobrini. proprie tamen consobrini dicuntur nati ex duabus sororib⁹ q̄si cōsororini. Et nati ex duobus fratrib⁹ proprie dicuntur fratres patrueles. et filie sorores patrueles. Nati āt ex fratre et sorore dicunt amitini. ita vt filij amite tue vocent te consobrinū. capiendo tamen cōsobrinū improprie. ⁊ tu appellas eos amitinos.

¶ Notandum secundo q̄ patruus tui patris est tibi patruus magnus. et auūculus tue matris est tibi auūculus magnus. Auūculus aūt patris tui potest dici tibi auūculus magnus Et patruus matris tue patruus magnus ℔ aliq̄s Alij dicunt contrariuz. Sed in isto est pua vis. quia nihil refert qualiter noīetur quando cognoscitur gradus.

¶ Notādum tertio. q̄ textus iste non procedit vltra sextum gradū. quia post tritauū ascendendo. et post trinepotem descendendo gradus nō habent nomina imposita. Sed ascendendo vocantur superiores. et descendendo inferiores seu posteriores vt ff.eo.l. fina ℔ parentes. Nam plura sunt negocia q̄ vocabula vt ff.de prescrip. xxbis.l.iij.

Hacten⁹.

Sūmatur sic. Ex numeratione istoꝝ sex graduum faciliter possunt vlteriores gradus numerari. quia psona addita psone semp facit nouum gradum. Et quia visa fortius comprehenduntur q̄ audita. Idcirco solet hic poni arbor cōsanguinitatis vt gradus non solum p̄cipiantur auribus. sed etiā oculis. hoc dicit. ⁊ ptz intellectus textus.

☞ Notāduz primo. q̄ quando hic dicitur q̄ psona addita psone facit nouuz gradum hoc intelligitur post primum graduz vt dictum est in solutione oppositionis circa ℔ i. s eo. Et debet etiam intelligi de psona expressa p̄ nomen appellatiuum. Alias enim non esset verum vt sic. ego filius cū patre meo facio graduz. frater adiectus facit alium graduz Sed si adijciatur alius frater non facit aliuz gradum. quia decem fratres nō faciūt nisi primū graduz cū patre et sēm inter se. Sed si addat alia psona p̄ nomē appellatiuū. scz nepos facit nouū gradū

Circa arborem consanguinitatis.

¶ Quia de gradibus cognationum dictū est. restat nunc declaratio arboris

cosanguitat. ad oculū. q̄ pbatio ad oculū alias vincit. xxvij. q. i. nec aliq̄. Et ex ostensione facti quedā melius ꝓcipiunt q̄ elocutione. de donatiōibus. c. apostolice. Jesus finē. Ipinc ē q̄ agror mensuratio subijcit oculis xvi. q. iij. c. inf memoratos. De ꝑscriptionibus c. q̄ iudicāte. C. finiū regūdor. l. iij. ventris inspectio an mulier sit pregnās. ff. d vētre inspic. l. i. locor pndicte. an mulier sit virgo inuestigatio. de pbationibus. proposuisti. an arta. de fri. et male. Et lr̄e papales. an vere sint an false. de crimīe falsi licz. Arbor igit cōsanguitatis pncāria vtriusq̄ iuris studentib⁹ sic debet formari. vt ꝓmo ponant cellule ascēdētiuz scdo descēdentiū. 3° collateraliū. Ꝓmo igit ꝓtrahet vna linea recta. In cuius medio ponet vnus circul⁹ vacuus. sup quē circulū ponēt quattuor circuli. In quor ꝓmo scribet. pr̄ et mater. Et ponetur vnus punctus rubeus sup. et vnus niger infra. In scdo scribet. au⁹ et auia. et ponent duo puncta rubea sup. et duo nigra infra. In tertio scribet. paauus et proauia. et ponent tria pūcta rubea sup. et tria nigra infra. In qrto scribet. abauus et abauia. et ponent quatuor pūcta rubea sup. et qttuor nigra infra. Similiter sub illo circulo vacuo ponent qttuor circuli. In ꝓmo scribet filius et filia. cū vno pūcto rubeo sup. et vno pucto nigro infra. In scdo scribet. nepos et neptis. et duo pūcta rubea sup. et duo nigra infra. In tertio pnepos et pneptis. et tria puncta rubea sup. et tria nigra infra. In qrto. abnepos et abneptis. et qttuor pūcta rubea sup. et qttuor nigra infra. Et significāt rubea pūcta computationē fm ius canonicū. Que ideo ponūt sup. q̄ ius canonicuz marime in mr̄imonialib⁹ in q̄bus valde seruit cognitio graduū excedit ius ciuile extra de secun. nup. c. penul. et vltimo. Nigra āt puncta significāt cōputationē graduuz fm ius ciuile habito respectu ad cellulam vacuā semp que seruit ad successiones q̄ fiūt p mortē. Et ideo designant p nigredinē. Istis āt sic formatis in linea recta ꝓcedendū est ad lineas collaterales. Et ꝓmo ad latus dextrū circuli in quo repit pr̄ et mater. protrahetur vna linea trāsuersalis habens qttuor circulos. In quor ꝓmo ponet frat. In scdo fratriz fili⁹. In tertio frīs nepos Et in qrto fratris pnepos. In ꝓmo circulo ponet sup vnū pūctū rubeū. et infra duo nigra. In scdo ponent duo rubea sup. et tria nigra infra. In 3° tria rubea sup. et qttuor nigra infra. In qrto qttuor rubea sup. et quiq̄ nigra infra. Similiter ad sinistrū latus ꝓtrahet vna linea cū qttuor circulis. In quorum ꝓmo ponet soror. In scdo sororis filius et filia. In tertio sororis nepos et neptis. In qrto. sororis pnepos et pneptis. et ponent puncta eodē modo sicut posita sunt ad dextrū latus.

Deinde ad latus dextrū Aui ꝓtrahet vna linea trāsuersalis hns qttuor circulos. In quor ꝓmo ponet patruus et amita. Et ponent duo pūcta rubea sup. et tria nigra infra. In scdo ponet fr patruelis et amitinus. et sorr patruelis et amitina. Et ponent duo puncta rubea sup. et qttuor nigra infra. In tertio ponet. hor fili⁹ et filia. et ponent tria puncta rubea sup. et quiq̄ nigra infra. In qrto. hor nepos et neptis. et ponētur qttuor rubea supra. et sex ingra infra.

Similiter ad sinistrū latus Aui ꝓtrahet vna linea trāsuersalis hns qttuor circulos. In quor ꝓmo ponet. auūcul⁹ et matertera. In scdo. cōsobrin⁹ et consobrina. In tertio. hor fili⁹ et filia. In qrto. hor nepos et neptis. et fient puncta sicut ad dextrū latus.

Deinde ad latus dextrū pauī ꝓtrahet linea trāsuersalis hns qttuor circulos In quor ꝓmo scribet patruus magn⁹ et amita magna. et ponentur supra tria pūcta rubea. et infra qttuor nigra.

De arbore cõsanguinitatis.

In scõo propior sobrinus et sobrina. ⁊ tria pũcta rubea sup̃. et quilibz nigra infra. In tertio. hoꝛ filius et filia. et tria puncta rubea sup̃. et sex nigra infra. In ꝗrto. hoꝛ nepos et neptis. et quattuoꝛ pũcta rubea sup̃. et septẽ nigra infra.

Sil'r ad sinistrũ latus. ꝓtrahat linea cũ ꝗttuoꝛ circulis. in quoꝛ ꝓmo ponetur. Auũculus magn⁹. et matertera magna In scõo ꝓpioꝛ sobrinus et sobrina. In tertio. hoꝛ filiꝰ et filia. In ꝗrto. hoꝛ nepos et neptis. et pũcta ponent sicut ad dextrũ lat⁹ sunt posita.

Deinde ꝓtrahat linea ad lat⁹ dextruz Abaui cũ ꝗttuoꝛ circulis. In quoꝛ ꝓmo ponet. Propatruus et proamita. et ponent tria rubea pũcta s̃. et quilibz nigra infra. In scõo. hoꝛ filiꝰ et filia. ⁊ ꝗttuoꝛ pũcta rubea s̃. et sex nigra infra.

In tertio. hoꝛ nepos et neptis. ⁊ ꝗttuoꝛ pũcta rubea s̃. et septẽ nigra infra.

In ꝗrto. hoꝛ pnepos et pneptis. ⁊ ꝗttuoꝛ pũcta rubea s̃. et octo nigra infra

Siliter ad sinistrũ latus. ꝓtrahat vna linea cũ ꝗttuoꝛ circulis. In quoꝛ ꝓmo ponet. pauũculus et pmatertera. In scõo. hoꝛ filiꝰ et filia. In tertio. hoꝛ nepos et neptis. In ꝗrto. hoꝛ pnepos et pneptis. et ponentur pũcta sicut ad dextruz latus sunt posita.

Circa arboꝛẽ cõsanguinitatis nunc foꝛmatam.

☞ Notandum primo. ꝙ consanguinitas est attinentia siue proximitas psonaꝝ et eo ꝙueniens ꝙ vna descẽdit ab altera. vel ambe ab vna tertia. In hoc qõ dicit. vna ab altera. tangit cõsanguinitas in linea directa ascendentiũ et descendentium. Per hoc ꝯo qõ dicit. vel ambe ab eadẽ. tenetur consanguinitas collateraliũ. p hoc qõ dicit psonaꝝ. pluraliter notatur ꝙ nõ nisi inter diuersas psonas cõsanguitas esse ꝑt. Alij dicũt ꝙ ꝓsanguinitas est vinculũ psonaꝝ ab eodẽ stipite descendẽtiũ carnali ꝓpagatione. cõtractũ in q̃ definitiõe dicit primo. ab eodẽ stipite descẽdẽtiũ. vt remoueat affinitas. qz licz ibi sit vinculũ psonaꝝ nõ tñ est ibi ꝓsanguinitas. Et dicitur. carnali ꝓpagatiõe ꝓtractũ. vt remoueat vinculũ spũalis ognatiõis et etiã adoptiõis. Dicit ãt cõsanguitas q̃si sanguinis vnitas. a con et sanguine. qz de cõi sanguĩe descẽderũt. vnitas ꝯo sanguinis est duplex. scz ĩmediata et mediata. ĩmediata ẽ int̃ ꝑẽz et filiũ. mediata int̃ patrẽ et nepotẽ vel int̃ collaterales int̃ se. Et hoc mõ stipes est in ꝓposito vñ quis ĩmediatiꝰ descẽdit carnali ꝓpagatiõe. Stipes ꝯo cõis est ille vñ aliq̃ plures pariter ĩmediatius descẽdũt q̃si rami ex trunco.

¶ Notãdũ scõo. Q̃ linea est collectio psonaꝝ ab eodẽ stipite mediate vel ĩmediate descẽdẽtiũ. gradꝰ cõtinẽs et nũeros graduũ p pũcta vt s̃ factuz fuit distinguens. Et diuidit in rectã siue directam et in collateralẽ siue trãsuersalem Linea recta ẽ q̃ vna psona recte et directe trahit sanguinem ab alia mediate vel ĩmediate. Immediate vt filiꝰ a ꝑe Mediate vt nepos a ꝑe. Et illa ẽ ascẽdẽtiũ nũerãdo a phares ascẽdẽdo vsq̃ ad abauũ. Et est descendẽtiũ numerando a phares vsq̃ ad abneporem. Linea ꝯo collateralis siue trãsuersalis ẽ linea in q̃ vna psona ñ sic sanguinẽ trahit ab altera. sed vna stat alteri ad latꝰ vt duo fratres vel sorores et ab eis descẽdentes. Linea collateralis est duplex. scz equalis et inequalis. Linea collateralis equalis est vbi due psone collaterales ẽ sua linea equaliter distãt in gradu a cõi stipite eoꝝ vt duo fratres et eoꝝ filij. linea vero collateralis inequalis est vbi psone collaterales in linea ineq̃liter distãt in gradu a cõi eoꝝ stipite vt phares ⁊ filius fratris.

Notandum tertio. q̄ gradus est habitudo distantiū psonaꝝ qua cognoscit̄ q̄nta distātia due psōe int̄ se differūt et debet intelligi habitudo. i. mēsura siue respectus seu cōsideratio distātie inter psonas. de quibus queritur quia gradꝰ est mensura distantie.

Notādum q̄rto. q̄ ideo cellula vacua remāsit siue circulus. qz nō p̄t in illo circulo scribi nomē appellatiuuz psonale q̄le est p̄ filius eo q̄ psona que ibi ponit̄ interdū est p̄ quādo cōputatur ad descendētes. et int̄dū filiꝰ q̄n cōput̄ ad ascēdentes. et interdum frater respectu proximioꝝ collateraliū vel igit̄ cellula vacua remāsit vt sit q̄si sedes vacua cui q̄ patens sit vir vel mulier vt quisq̄ homo cōputare volens suā cōsanguinitatem sciat se imaginarie ibi locāduz. et sic nō tātū vni sed infinitis dz deseruire.

Notāduz quīto. Os cellule in arbore posite incipiūt a duplici casu. scz ntō et gtō. Que a ntō incipiunt sicut Abauus abauia pauus pauia ꝛc. sumūt denoiationez a cellula vacua siue circulo. Dz a gtō incipientes nomē recipiūt a cellula siue circulo p ntm̄ incipiente īmediatius in eadem linea supp̄osita. vt horuz filius filia. eorundē nepos neptis ꝛc. qđ ideo fit. qz ibi deficiūt termini ꝑtiꝫ cōsanguīitatis incōplexi. et q̄ oportuit cōplere exp̄mi. A ntō vero incipiētes sumunt nomē a cellula vacua. Quia oportuit arborē describi in respectu ad aliquid cum termini eius sunt respectuuz et cōuenienter fit in ordine ad vnuz ad vitādū cōfusionē et qz illa cellula ē media. ideo cōuenientius respectu eius fiebat. Et q̄uis ipa sit vacua a noīe psonali vt sup̄ tactū fuit. p̄t tn̄ fingi vnuz nomen ꝑtiū quod tn̄ non debet inscribi ꝛ sit grā exempli Phares q̄ ē quintus ab Abraham in linea saluatoris nostri iesu christi.

Notādum sexto. q̄ descendendo ad practicā istius arboris ad cognoscendū distātiam psonarum vtroq̄ iure aliqne ponēde sunt regule. Et qz iuxt̄ tacta in nōbili scdo. duplex est linea. scz recta siue directa. et collateralis siue trāsuersalis. Primo ponenda est regula de linea recta que est ascendentium et descēdentiuz. que est ista. Quot sunt psone de quibus queritur intermedijs computatis vna dēpta. tot sunt gradus int̄ eas vtroq̄ iure. canoico et ciuili. exēplū in nr̄a arboē. si querat̄ q̄ntū distat phares ab abauo numerabitur a phares inclusiue ad abauum exclusiue. et quia ibi sūt quīq̄ psone. ideo vna dempta distat abeo q̄rto gradu vtroq̄ iure. a pauo tertio. ab auo scdo. Similiter si querat̄ q̄ntum distat phares ab abnepote suo nūerabit̄ a phares vt ibi sit vna psona descendendo ad filiū et sunt due ad nepotem. et sunt tres ad pronepotem. et sūt q̄ttuor. et ita distat phares a p̄nepote suo q̄rto gradu. Debet āt in ista computatione semp vna psona demi. ratio qz opz vnā psonā subsistere p̄ se a p̄ncipio tāq̄ terminū que se sola vel ad se nō facit gradū. qz sicut consanguinitas sic et gradus nō est nisi vnius ad alterū. sed ab ipa cundo et gradiendo facimꝰ gradum quēadmodum iturus stat p̄mo in termino et ibi stando non facit gradum vel passum. sed vltra cundo. debet ergo illa psona que est terminus demi. qz nō est gradus sed p̄ncipiū graduū.

Deinde videndum est de collateralibus. pro quo opz p̄mo videre q̄ psona sit stipes illaꝝ psonaꝝ. de quarum distātia queritur. et est illa psona stipes a q̄ descendūt p̄time vt dictuz ē s. ille psone de quibus queritur ꝟbi grā. Si queratur q̄ntum distat phares a ꝑatruo suo. aut filio nepote vel p̄nepote propatrui. stipes est illa psona que ponitur in recta linea a cuius latere venit circulus vel cellula in quo vel q̄ ponit̄ ꝑpa/

De arbore cōsanguinitatis.

truus et est abauus. Similiter si quera tur q̄ntū distat a phares patruo magno cum alijs in eadem linea. stipes est proa uus. Sic si queratur de phares et de pa truo stipes est auus. ¶ Ad sciendum q̄ istaꝝ psonaꝝ distātiā iure ciuili dat̄ ista regula vnica. quot sunt psone nūerādo a phares inclusiue vsq̄ ad stipitē exclu siue Et pcedēdo ad lat⁹ stipitis vsq̄ ad psonā a q̄ distat. toto gradu distat pha/ res ab illa psona iure ciuili. vbi grā. Si querat̄ q̄ntuꝫ distat phares a ꝑpatruo: numerabit̄ a phares dicēdo vna psona Ascendendo cōsequenter p̄ due psone Auus tres. ꝑauus q̄ttuor. z tūc pcede tur ad latus abaui et repitur ibi. propa/ truus. dicendo quiq̄. Et ita phares et ꝑpatruus suus iure ciuili distāt in q̄n/ to gradu. phares et filius propatrui in sexto. phares et nepos ꝑpatrui in septi mo. phares et ꝓnepos eiusdē in octa/ uo. Similiter si querat̄ q̄ntū distat pha res a patruo magno iure ciuili. tunc sti/ pes est ꝑauus. Numerabit̄ ergo sic. vt phares sit vna psona. p̄ due Auus tres et tūc dimittet̄ stipes. et pcedet̄ ad lat⁹ ꝑaui in ꝑmo circulo. et ibi repit̄ patru/ us magnus. distant q̄ in q̄rto gradu. et phares et ꝑpior sobrinus in q̄nto. filius in sexto. nepos in septīo. Et ita facilit̄ pt exēplificari de alijs scz q̄n auus est stipes. vel q̄n p̄ ē stipes. Et licz docto res ponāt d̄ isto diuersas reglas. distin guendo de linea eq̄li et inequali. p istaꝝ tñ vnicā regulaz semp repitur gradus iure ciuili. Necesse tñ est scire q̄n psone sunt in linea equali. et q̄n in linea ineq̄/ li. ꝑter ea que statim dicent̄.

Sed ad sciendū hāc distātiā iure cano/ nico alia dat̄ regula etiā vnica. Pro cu ius intellectu scire opz q̄n querit̄ de du abus psonis. que psona distat remotius a stipite. tūc est ista regula. Q̄ numerā/ do ab illa psona sive ponat̄ in latere si/ ue in recta linea inclusiue. que remoti⁹ distat a stipite vsq̄ ad stipitem exclusiue toto gradu distāt inter se iure canonico verbi grā. Si queratur quātum distat phares a patruo iure canonico. viden/ dum est quis sit stipes istarum psonarū et est abauus.

Deinde videndum est quis remotius distet ab abauo. an phares an ꝑpatruus et clarum est q̄ phares remotius distat. numerabitur ergo a phares inclusiue vsq̄ ad abauuz exclusiue. et reperiun/ rur quattuor psone. ergo phares distat a ꝑpatruo iure canonico q̄rto gradu. et eodem gradu distat a filio a nepote z a pronepote propatrui.

¶ Similiter si queratur quātum distat phares a patruo magno. videndum est quis sit stipes. et est proauus. Numera/ bitur ergo a phares inclusiue vsq̄ ad proauum exclusiue. et reperiuntur tres psone. ergo phares distat a patruo ma/ gno in tertio gradu iure canonico. Eo/ dem gradu distat a propiore sobrino. z a filio propioris sobrini. Sed si quera tur quātum distat phares a nepote pro pioris sobrini. videndum est an phares remotius distet a stipite. An iste nepos propioris sobrini. et reperitur q̄ nepos remotius distat. Numerandum est er/ go a nepote propioris sobrini inclusiue vsq̄ ad stipitem scilicz proauuz exclu/ siue. Et reperiuntur quattuor persone ergo phares distat a nepote propioris sobrini quarto gradu iure canonico.

¶ Similiter si queratur. quāum distat phares a patruo suo. videndum ē quis sit stipes. et repitur q̄ est auus. Nume rabitur ergo a phares inclusiue vsq̄ ad auuz exclusiue. et reperiuntur due psone. ergo phares distat a patruo suo secūdo gradu iure canonico. et eodē gradu distat a fratre patruele.

Sed si queratur quātum distat phares a filio fratris patruelis repitur q̄ iste filius remotius distat a stipite q̄ pha/ res. ergo numerandum est ab isto filio inclusiue vsq̄ ad stipitem scilicz auum

exclusiue.et reperiuntur tres psone.ergo phares distat a filio fratris patruelis tertio gradu iure canonico.

¶ Similiter si queratur de phares ⁊ de nepote fratris patruelis. repitur q̄ nepos iste remotius distat a stipite. ergo numerandum est ab isto nepote inclusiue.vsq̄ ad stipitem scilicz auum exclusiue.et reperiuntur quattuor psone.ergo phares distat a nepote fratris patruelis in quarto gradu iure canonico. Et ita potest formari stipes pater. Et eodem modo dicendum est. Et si queratur de illis que ponuntur in sinistro latere idē est sicut de alijs dictū est.


Et quia aliquis dubitare possit qualiē psone posite a sinistro latere distāt a psonis positis a dextro latere. Idcirco sciendum q̄ inter illas psonas communiter non est aliqua attinentia. et sic nō est querendum de earum distātia. Nam Auūculus meus. qui est frater matris mee.nō attinz patruo meo qui ē fr̄ patris mei. Nam ille psone que ponūtur a sinistro latere referuntur ad matrem vel auiam vel proauiā. et sic consequenter. Et si tunc vlterius queratur qualiter distant psone posite a latere dextro inter se. Tunc sciendum q̄ si queratur de distantia iure ciuili. tunc numerādū est ab vna psona posita a latere vsq̄ ad circulum positum in linea recta. ¶

Deinde ascendetur vsq̄ ad stipitem.et procedetur lateraliter vsq̄ ad psonam aliam.de qua queritur.vbi gra. Si queratur quātum distat pronepos fratris phares a pronepote ꝑ patrui ipius phares. numerabitur a pronepote fratris inclusiue. vsq̄ ad circulum positum in linea recta etiam inclusiue in quo circulo ponitur pater .deinde ascendēt vsq̄ ad stipitez vtriusq̄ exclusiue. qui stipes est abauus.et tunc procedetur ad latus abaui vsq̄ ad pronepotem ꝑ patrui. Et inueniuntur vndecim psone. et ita isti distāt iure ciuili in vndecimo gradu, et ita de alijs. Jure autem canonico vidē dum est an equaliter distent a stipite. si sic numerādum est ab vna psona vel ab alia indifferent inclusiue vsq̄ ad stipitē exclusiue: vt vbi gra. Si queratur q̄ntum distat nepos fratris phares a nepote fratris patruelis ipius phares. Est autem stipes istaꝝ psonarum auus. Et ita equaliter distant a stipite. Numerādum est ergo a nepote fratris phares vsq̄ ad auuz exclusiue.et inueniuntur quattuor psone. Et ita distāt p̄dicte psone q̄rto gradu iure canonico. ¶ Sed si vna remotius distet a stipite. tunc numerandum est a remotiori vsq̄ ad stipitem vt prius dictum est. vbi gratia. ¶ Si queratur quantum distat. pnepos fratris phares a nepote fr̄is patruelis Et quo iste pnepos remotius distat ab auo incipiendum est ab illo. numerādo vsq̄ ad auum exclusiue.et inueniuntur quinq̄ psone. Distāt ḡ pnepos fratris phares et nepos fr̄is patruelis ipius phares in quinto gradu iure canonico Ergo nepos fratris patruelis ipi⁹ phares potest ducere vxorem pneptē fratris ipius phares. Et in ista computatione puncta non dicunt verum vt manifestū ē. Potest tamen ista computatio etiam resolui facilē ad p̄mam. Sed tunc oporteret arborem extendere vt puncta que tunc ponerent dicerent verum. Dec āt que dicta sunt pcedunt si ue psone distent in linea equali.siue in linea inequali vt sup̄ etiam dictum est.

Necesse tamen est cognoscere que psone distāt in linea equali.et que in linea inequali. ꝑter dispensationes impetrādas. Nam si nepos fratris phares vellet ducere pneptē ipius phares oporteret sic narrare ad habendum dispensationem q̄ sez ticius petit ducere vxorē consanguineam suam Bertam.⁊ ticius distat a stipite in tertio.et Berta ab eodem in quarto. Nam si diceretur sic. Ticius petit ducere vxorem bertā cōsan/

guineam in quarto gradu.et papa dispẽ saret non possent isti ꝑtute illius dispẽ sationis mrimonialiter coniungi. quia maior est proximitas quando vna pso/ na distat a stipite in tertio.et alia in q̃r/ to.q̃ si ambe distarent in q̃rto. Et dis/ pensationes.quia fiunt contra ius com mune sunt restringẽde.pro isto.fa.c.qõ dilectio.extra de consanguinitate et af/ finitate.et hec notanꝫ ibi ꝑ docto.q̃uis alij teneant oppositu3. Si etiaz esset alt/ quis legatus habens potestatez dispen sandi in tertio et quarto gradu. Ille le/ gatus non potest dispensare cũ psonis distantibus in linea equali tertio gradu a stipite.hoc est si ambe distẽt tertio gra du a stipite. Sed solum põt dispensare vbi vna pson distat in tertio. et alia in quarto.vel ambe in quarto a stipite pro pter rationẽ iam dictã. et notaꝫ istud ꝑ docto. in dicto c. qõ dilectio. Si tamen vna pson distaret in pmo. et alia in qn to a stipite possunt contrahere mrimo/ nium sine dispensatione vt frater pha/ res põt ducere abneptẽ ipius phares.

Sequitur arbor cõ sanguinitatis


Arbor consanguinitatis

De arbore affinitatis.

Circa arborez affinitatis.

Quia ex consanguinitate causatur affinitas. Ideo declarata arbore consanguinitatis procedendum est ad arborez affinitatis. Circa quā Notanduz ē primo. q affinitas est proximitas psonarū proueniens ex carnali coniūctione viri et mulieris proueniens omni carēs parentela. Dicitur notanter. viri ⁊ mulieris et nō vxoris. quia licz affinitas iure ciuili nō contrahatur nisi ex iustis nuptijs ff. de gradi. l. nō facile. ℣ sciendū. Jure tamen canonico cōtrahit ex qualibz carnali coniūctione viri et mulieris vt notat in. c. discretionē. de eo qui cogno. cōsangui. vxoris sue. Et quia sepius cōtingit dubitare de affinitate iure canonico. Ideo omnia que hic dicent princi paliter intelligenda sunt iure canonico

Notanduz scō. q nō cōtrahitur affinitas ex dicta carnali cōiunctione int virum et mulierem. quia tūc cognoscēs aliquā mulierē extra matrimoniū non posset postea cuz ea contrahere mrimoniuz. vt ff. de gradi. l. nō facile. ℣ affines Nec etiaz cōtrahitur inter consanguineos viri et consanguineos mulieris. quia duo fratres possunt contrahē cum duabus sororibus. Et pater ⁊ filius cū matre ⁊ filia vt in c. sup his. de consanguinita. et affinitate. Sed contrahitur inter viruz et consanguineos mulieris et inter mulierē et consanguineos viri

Notandū tertio. q in affinitate sunt diuersa genera et diuersi gradus Ad cognoscendum genus affinitatis talis datur regula q psona addita psone facit genus affinitatis. vbi gratia. Si frater tuus cognoscat mulierem. illa est tibi affinis primo genere affinitatis. Et si illā mulierez alius scz ticius cognoscat tūc ticius est tibi affinis scō genere affinitatis. Et si ticius ꝓgnoscat aliam mulierez. illa est tibi affinis tertio genere affinitatis. et isti sunt tibi affines primo gradu. vt statim patebit. Sed quia hodie affinitas nō prestat impedimentum matrimonio nisi in pmo genere. Ideir co de affinitate secūdi et tertij generis non est faciēda prosecutio sed soluz de gradibus.

Notandum ergo quarto. q de gradibus affinitatis talis datur regula. q quoto gradu cōsanguinitatis aliquis attinet alteri toto gradu affinitatis attinet illi psona cōsanguineo coniūcta carnaliter. vbi gratia. Si frater tuus cognoscat mulierem. tunc quia frater tuus attinet tibi primo gradu consanguinitatis. Ideo illa mulier attinet tibi primo gradu affinitatis. Et pro intellectu. et vt istud ad oculum demōstretur potest formari arbor affinitatis hoc modo.

Primo trahenda est linea recta habēs quattuor circulos. in quoz superiore scribetur primus grad⁹. In scō descēdendo scribet scōs gradus. In tertio tertius grad⁹. In quarto quartus gradus. Deinde ad latus dextrum illius linee. ponetur etiam linea recta cuz q̄ttuor circulis. In quorum superiore scribetur frater. In secundo fratris filius In tertio fratris nepos. In quarto fratris pronepos. Deinde vlteri⁹ ad latus dextrum illius linee. ponet adhuc vna linea recta cū q̄ttuor circulis. In quoz supiore scribet vxor fratris olim relicta. In scō vxor filij fratris. In z⁹ vxor nepotis frīs. In q̄rto. vxor pnepotis fratris. Et ad lat⁹ dextrū illi⁹ linee. ponet vn⁹ circul⁹. in q̄ scribet. relictus relicte frīs. Deinde ad sinistruz latus linee pmo posite q̄ cōtinet grad⁹ ponet alia linea recta habēs q̄ttuor circulos. In quoz supiore scribet sororis. in scō descendēdo. sororis filia. In tertio sororis neptis. In q̄rto sororis pneptis.

De inde ad sinistrum latus illius li/nee ponetur alia linea recta.etiam ha/bens quattuor circulos. In quorum su/periore scribetur. vir sororis. olim reli/ctus.in secundo.vir filie sororis.in ter/tio.vir neptis sororis.in quarto vir p/neptis sororis. Et ad latus istius linee sicut sup̄ dictū est.ponetur vnus circu/lus.in quo scribet.relicta relicti sororis Et ponitur linea graduum in medio inter fratrem et sororem cum suis desce/dentibus.ad denotandum q affinitas oritur ex consanguinitate. et ex vtroq; sexu.et scribitur ꝑmus gradus. secūd9 gradus et nō apponitur affinitatis. Ad denotandum q isti gradus possunt re/ferri ad consanguinitatem et ad affini/tatem. et scribitur in linea finali ad de/xtrum latus in supiori circulo. vxor fra tris olim relicta qō nō additur ad alias vxores descendentiuz a fratre propter respectum ad scōm genus affinitatis. Nam si frater habeat vxorem.illa vxor est affinis sorori istius fratris ꝑmo gra/du.et ꝑmo genere. Et si frater ille mori atur.et vxor eius relicta contrahat cuz alio viro.tunc ille vir attinet p̄dicte so/rori ꝑmo gradu affinitatis. sed scōo ge/nere. Si tunc moriatur ista vxor. tunc iste vir dicitur relictus relicte fratris qui ponit ibi in circulo vnico. Et pos/set fieri questio. An iste vir potest con/trahere cum predicta sorore.olim nō po tuit quando affinitas protendebat vsq; ad tertium genus inclusiue. Sed hodie potest quia non attenditur nisi primum genus affinitatis vt sup̄ dictum est. Eo dem modo dicendum est quare in supe/riore circulo finalis linee ad sinistrū la/tus scribit vir sororis oliz relictus. Et in circulo vnico relicta relicti sororis.

Notandum quīto q affinitas primi generis prestat impedimētū mrimonio sicut consanguinitas. ita q inter ascen/dentes et descendentes nullo gradu p̄t esse mrimoniuz. Et inter collaterales non potest esse matrimoniū propter af/finitatez vsq; ad q̄rtuz gradū inclusiue vt notat in c.non debet.de consangui.et affinitate. Et ē affinitas ppetuuz impe/dimentum. Nam ꝑsona mortua ratione cuius affinitas est cōtracta. adhuc non pōt esse matrimoniuz inter affines mo/do p̄dicto.xxxv.q.x.c.fraternitatis.

Notandū sexto.q q̄n parentes sunt affines.tūc filius interdū mutat attinē/tiam.et interdum nō attinet. interdum etiā mutat gradum. et interdū neq; mu tat gradū neq; attinētiā. Vbi gratia. Si tu et ego sumus affines. quia ego con/traxi cum consanguinea tua. tunc si pro creem filiū ex ista consanguinea tua.iste filius meus mutat attinentiā. quia ego suz tibi affinis.sed filius meus nō ē tibi affinis sed consanguineus. Et si procre em filiū ex alia muliere ille non attinet tibi neq; cōsanguinitate neq; affinitate Et si tu cōsanguineus vxoris mee pro/creaueris filiū ille nō mutat attinentiā quia est mihi affinis. Sed si tu et vxor mea estis in linea equali cōsanguinita/tis vel in linea inequali et tu es remo/tior scz in tertio ⁊ vxor mea in scōo.tūc filius tuus mutat graduz affinitatis q̄ tu es affinis meus in tertio gradu. et fi lius tuus in q̄rto. Sed si vxor mea ē re motior videlz in tertio.et tu in secūdo tūc filius tuus nō mutat gradū.

Notandum septimo.q ex cōsangui/nitate oritur adhuc aliud impedimētū qō vocatur.publice honestatis iusticia Et est publica honestas proximitas p/sonaz proueniens ex sponsalibus. Et istud impedimentum protēdit sicut im pedimentū consanguinitatis et affinita tis vt inter ascendentes et descēdētes omni gradu. et inter collaterales vsq; ad quartū gradū inclusiue.


Notandum finaliter. q affinitas ali/quando concurrit cum consanguinita/te.et aliquando cum publica honestate.

De arbore affinitatis.

Aliquando est sola affinitas. et aliquando est sola publica honestas. vbi gra. Si frater meus cognoscat consanguineam meā. illa est mihi consanguinea et affinis. Et si cognoscat sibi desponsatā illa attinet mihi affinitate ⁊ publica honestate. Sz si frater meus despōsauerit aliquaz et eaz nō cognoscat illa attinet mihi solum publica honestate. Ex quibus ptz q; si quis vxore sua mortua velit contrahere cū consanguinea mortue vxoris in gradu prohibito nō potest sine dispensatione pape. Et si impetret talis dispensatio. hoc modo. petit ticius contrahere matrimoniū cum berta consanguinea vxoris sue mortue in tali gradu. non obstante affinitate. non valet dispensatio. Sed opz q; dicatur nō obstāte affinitate eo q; ticius cognouit cōsanguineam berte. necobstante publica honestate. eo q; ticius desponsauit dictam consanguineaz berte ⁊ illo modo valet dispensatio. et pōt procedere matrimonium.

Sequitur arbor cognatiōis spūalis.

Arbor affinitatis



De cognatione spūali.

Circa materiā cognatiōis spūalis que impedit etiā matrimoniū cōtrahēdū.

Notandum primo q cognatio spūalis est proximitas psonaꝝ.proueniens ex datione sacramenti vel sacramētalis.vel ex tentione vel susceptiōe ad illud. Nam sicut cognatio naturalis oritur ex generatione.p quaz acquiritur esse naturale. Sic cognatio spūalis oritur ex regeneratione seu sacramēti vel sacramentalis datione.p quam acquiritur esse gratie.xxx.q.i.c. ōnes.et de cognatione spūali.c.vltimo.

Notādum secūdo. q cognatio spūalis oritur ex duobus sacramentis.scilicz baptismo et confirmatiōe. et ex vno sacramētali.scz cathecismo vt in c.q̄uis de ꝓgnatione spirituali.libro vi. Sed q cognatio spūalis proueniens ex cathecismo nō dirimit matrimoniuz contractum.sed tātum impedit cōtrahendum vt in c.contracto.de cognatio. spiritua. et in c.p cathecismum. eodem titulo libro vi. Et quia etiam cognita cognatione spirituali proueniente ex baptismo ꝛ cōfirmatione faciliter ꝓgnoscitur cognatio spūalis pueniens ex cathecismo Idcirco de cognatione pueniente ex baptismo et ꝓfirmatione solum fiet prosecutio.

Notādum ergo tertio q ꝓgnatio spiritualis que prouenit ex baptismo ꝛ cōfirmatione. Interdū p̄cedit matrimonium.et interdū sequitur. Si precedit matrimoniū tūc impedit p̄hēdū et dirimit cōtractū vt de ꝓgna.spūa.c.veniēs. Si āt sequit̄ mr̄imoniū tūc nō dirimit contractū.sz impedit exactionē debiti. ꝟbi gr̄a. Si q̄s leuaret filiū suum de sacro fonte vel teneret eum in confirmatiōe ille nō posset exigere debituz ab vxore sua matre videlicz illius filij. Sed exactus deberet reddere vt tractāt docto. in c.si vir de ꝓgnatio.spiritua. Et istud est verū si faciat sine necessitate vt.xxx. q.i.c.ad limina.et scienter vt in dicto.c. si vir. Sed potest episcopus in isto impedimento dispensare vt etiā possit debitum exigere. Et in ista opinione est maior ps doctoꝝ canonistaꝝ.et etiā theologoꝝ. Istud enim tenet sanctus thomas in quarto scripto suo. sup distinctione xxxij. Licz car. in dicto.c. si vir teneat contrarium.quia vt dicit istud nō reperitur aliquo iure ꝓhibitum.

Notandum quarto.q cognatio spūalis non habet gradus. sed habet tres species. Quarū vna dicitur paternitas et est inter baptizātem ꝓfirmātem tenētem seu suscipientem. Et inter baptizatum cōfirmatum et tentuz siue susceptū Secūda species dicitur cōpaternitas q̄ ē inē baptizātez ꝓfirmātez tenētē seu suscipientē. Et inē p̄ez et matrez baptizati cōfirmati susceptī seu tenti. tertia species est fraternitas que est inter baptizatum ꝓfirmatū susceptum seu tentū.et inter proles baptizātis cōfirmātis susscipientis seu tenentis.

Notādū q̄nto.q ista cognatio spūalis duplicit̄ trāsmittit̄ ad aliaz psonam Uno mō ad cōiugez p mr̄imoniū carnali copula cōsumatū. ꝟbi gr̄a. Si ego suscipiā filiū tuū de fonte. vel teneā eū in ꝓfirmatiōe. tūc illa cognatio spūalis trāsmittit̄ ad vxorē meā ꝑ̄us carnaliter ꝓgnitā. Et ideo vxor tua et me defuncto tu nō potes habere vxorē meā. q̄ licz ipa nō leuauit filiū tuum.est tū cōmater tua ꝓpter me vt in c. martin⁹ de ꝓgna.spūa. Et ratio est.q̄ vir ꝛ vxor p⁹ carnalē copulā cōicant sibijnuicē actiones spūales.nō āt passiones spūales.

Et ideo si suscepierim filium tuuz quem habes ex alia muliere et non ex vxore tua possum te mortuo cōtrahere cū vxore tua. qz q filiꝰ tuus a me est leuatus passiue nō trāsit ad vxorē tuā vt notāt docto in d.c.martinus.

Dixi notāter q ista cognatio trāsit ad cōiugez. qz p carnalē copulā ex mrimonii nō trāsit spūalis pgnatio. vt notāt docto. in c.i. de cogna. spūali. li. vi.

Dixi etiā notāter. carnali copula cōsumatū scz mrimoniū. qz si ego despōsaui mulierē. et suscepero filiū tuū añ cōgnoui eā. potēs tu me mortuo ꝫhere cū illa. xxx. q. iij. c. si quis ex vno. Secundo trāsmittit cognatio spūalis ad aliā psonaz scz a patre baptizāte cōfirmāte suscipiēte seu tenēte ad proles suas. Et iō int baptizatū cōfirmatū z proles baptizātis cōfirmātis ꝛc. nō pt esse mrimoniū. xxx. q. iij. c. pitacio. et in. c. ex lr̄is. de pgna. spūa. Siue iste ples nate sint añ siue post. vt in. c. tua nos. de cogna. spūali. Et etiā hoc vez est. cuius proles sint illegitime vt in c. fina. de cogna. spūali. Nō tū ecōtra trāsmittit cognatio spūalis a prole in patrē. Et ideo si filꝰ meus susceperit filiā tuā de fonte vel tenuerit eā in cōfirmatiōe ego possum cū illa ꝫhere. Et ratio est. qz mrimoniū ē edictuz phibitoriū. c. cū apud de spōsa. qđ nō debet extendi ad psonas q̄ in phibitione nō exp̄munt.

Notandū sexto. Q; arbor cognationis spūalis pt sic formari. Primo poni debēt superius tres circuli in illa situatiōe sicut in arbore cōsanguinitatis ponunt Albanus propatruus et pauūculꝰ Et in circulo supiori scribet. baptizās cōfirmās suscipiēs seu tenēs. Et in circulo ad dextrū latus scribet. filij baptizātis cōfirmātis suscipientis seu tenētis. Inferius āt ponent etiam tres circuli in illa situatione sicut in arbore cōsanguinitatis ponūtur truncus frater et soror. Et in circulo q̄ situat locō trūci scribet. baptizatus cōfirmatus susceptus seu tentus. In circulo ad dextrum latus scribet. fratres et sorores baptizati confirmati suscepti seu tenti. Et in circulo ad sinistrū latus scribet. pī et mat baptizati cōfirmati suscepti seu tenti. Deinde a circulo superiori in quo ponit baptizās: protrahent tres linee. vna ad circulū in quo ponit baptizatꝰ. z scribet in illa linea impedimentū. Deinde alia linea ad circulū in q̄ ponit fratres et sorores. et scribet in linea nullū impedimētū. Deinde ptrahetur tertia linea ad circulū in quo ponit pī et mater. et scribet in linea impedimētum. Deinde protrahētur etiaz tres linee ex illo circulo in quo scribit filij baptizātis. vna protrahet ad circulum in quo scribit baptizatꝰ. z scribet i linea impedimētū. Secūda ad circulū i quo scribit frēs et sorores baptizati. z scribet in linea nullū impedimētū. Tertia ptrahet ad circulū i quo scribit pater z mr̄. et scribet etiā in linea nullū impedimētū. Deinde protrahētur tres linee ex circulo in quo scribitur. vxor. vna ad circulū i quo scribit baptizatꝰ. et scribetur in linea impedimētū. Secūda ad circulū i q̄ scribit fratres. et scribet in linea nullū impedimētū. Tertia ad circulū in quo scribit pī et mr̄. et scribet i linea impedimētū.

Ex p̄dictis ptz q̄ qñ leuat puer in baptismo a psona cōiugata post mrimoniū cōsumatū habēte vnā prolē. oriunt septē pgnatiōes spūales ex illa leuatione. pma int leuātez et leuatū. secūda int cōiugem leuātis et leuatū. tertia int plem leuātis et leuatū. q̄rta int leuātē z patrē leuati. q̄nta inter leuātem z matrem leuati. sexta inter cōiugē leuātis z patrē leuati. septima inter cōiugē leuātis et matrem leuati. Et sic etiā oriunt


De arbore cognationis spũalis.

cognatiões ex pte baptizãtis. vt si baptizans habeat cõiugez et prolẽ sicut dictum est. De leuãte nascunt etiã septez cognatiões spũales. Et ita ex baptismo vni⁹ pueri sunt xiiij. cognationes spũales. Et multiplicant iste cognatiões ad multiplicationẽ leuãtiũ et etiã proliuz leuãtiũ seu baptizãtiũ. Et eodẽ modo vicenduz est in cõfirmatione de tenẽte et confirmãte.

¶ Notandũ septimo. ꝙ cognatio spũalis ꝑt cõtrahi ꝑ procuratorẽ añ cõtractũ matrimoniũ. secus ãt post. vt ꝟbi gra. Facio leuare filiũ tuũ ꝑ clericũ meũ efficior cognatus spũalis. ſm cõiter doc. in. c. veniens. de cogna. spũali. Et dico notant. ante cõtractũ mrimoniũ. qz si facerez leuare filiũ vxoris mee ex alio viro nõ fierẽ cognatus vxoris mee. ꝛ possem exigere debitũ ſm dñz panor. qui isto modo cõcordat diuersas opiniones doctoꝝ in hac materia. in d. c. veniens. Et vt ibi volũt docto. ꝑt etiaz vniuersitas ꝑ procuratorẽ cõtrahere cognationem spũalẽ nõ quo ad se. quia nõ habet aĩaz nec est baptizata. sed quo ad singulos de vniuersitate etiã ante contractũ mrimoniũ. Secus ãt post qz dispositio concepta in vniuersitate resolui vt cõcernat singulos si actus nõ cadat in vniuersitatem vt res potius valeat ꝙ pereat. ſa. c. si sententia. et glo. sup ꝟbo in vniuersitatẽ in c. rhomana. de senten. ex cõmunica. li. vi. Dico notanter ante matrimoniũ contractũ qz si bedellus vniuersitatis faceret leuari filiũ suũ ꝑ procuratorem noĩe vniuersitatis. tũc contrahitur cognatio spũalis cum singulis de vniuersitate. sed nõ cõtrahit inter ipm bedellum et suã vxorẽ ꝙuis ipe sit mẽbzum vniuersitatis.

¶ Notandũ finaliter. ꝙ si puer sit baptizatus in domo sicut sepe cõtingit. tũc in ecclesia non contrahit cognatio spũalis. quia non reiteraꝛ sacramentuz. sed cognatio spũalis contrahit in donatione sacramenti vel tentione ad illud vt ꝫ dictum est. ſa. c. sicut semel. lxviij. dis. Sed in hoc casu contrahitur cognatio spũalis in domo.

Sequitur arbor cognatiõis spũalis.


filij bapti. cõfirmãt. tenentus
baptizans cõfirmans tenens.
vxor bap/ tizantis cõ firmãtis tenetis.
Nullum Impedimentum
Nullum Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
fili⁹ eor⁹ baptizan. cõfirmãtis tenetur
baptisat⁹ cõfirmat⁹ tenetur
Pr̃ eor⁹ bapti. cõfirmãtis tenetur.

Titulus VII

De seruili cognatione.

Continuatur sic. Visum est sup̄ qualiter successio p cognationē seu agnationem deferr̄. Ex quo posset aliquis dubitare an successio etiā deferatur p cognationem inter psonas seruilis cōditionis. Et ideo tractatur hic de seruili cognatione.

Et circa rubricā. Notandū q̄ aliqui textus habent istam rubricam. et aliqui nō. Et ratio est. quia tractat̄ hic de successione eorum qui fuerunt in seruitute q̄diu enim aliqui pmanent in seruitute nulla est inter eos successio. ¶ Dz post q̄ pueniūt ad libertatē tunc datur successio ex cognatiōe que cōtracta est q̄n fuerūt in seruitute. Ex quo ptz q̄ si aliqs existēs in statu inferiori habeat aliquā cōditionez. et postea pueniat ad statuz superiorem nō amittit illam cōditionem Et ideo dicit bar. in. l. alexandrinus. C. de decurio. libro x. q̄ licz doctor q̄ legit xx. ānis in scholis fact⁹ sit comes Si tñ ante fuit popularis et sit statutū q̄ nemo p̄t pmoueri ad officia seu honores nisi sit popularis. adhuc iste doctor p̄t ad tales honores assumi. Ex quo etiam ptz q̄ si magister artiū recept⁹ sit ad facultatem artiū. et postea pmoueat̄ in altiori facultate ꝓpter hoc non debet priuari honorib⁹ et officijs in facultate artium.

Illud certum est Sūmar̄ sic. Inuicti cognatione exñtes in seruili conditiōe. postea facti liberi oliz nō succedebant. Modie tñ p cōstitutionē dñi Justiniani succedunt et eis succeditur. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

☞ Notandum pmo. Q̄ inter psonas seruilis cōditiōis nō cōtrahit̄ cognatio neq̄ iure ciuili neq̄ iure pretorio. quo ad successiones seu tutelas q̄diu manet cōditio seruilis. sed bene quo ad matrimoniū qđ p cognationem impedit̄ in psonis seruilis cōditiōis sicut in alijs. et licz iure ciuili inter tales psonas nō sit mrimoniū. sed potius cōtuberniū. vt. l. cū ancillis. C. de incestuo. nup. Jure tñ canonico tales psone etiam inuito dño pñt mrimoniū cōtrahere vt in c. i. ex̄ de cōiu. seruo. Et si dñs videat seruū suuz vel ancillam cum libera psona cōtrahere. et nō cōtradicat pdit dominiū suum et talis psona recipit libertatē vt. l. ad hec. C. de lati. liberta. tollen.

¶ Notandū scđo. q̄ seruus q̄diu manz in futuro nō succedit ab intestato. nec sibi succedit̄. nec etiā dñs p eū. vt. C. cōmunia de successio. l. seruus. exceptis tribus casib⁹. quoz vnus habet̄. C. ad silleia. l. penul. Alius. C. de legit. hered⁹ibus. l. apud hostes. Et tertius. C. ad orphicia. l. fi. Jn qb⁹ casib⁹ fallit istud dictum. Et ratio fallentie est. q̄ seruus in illis legibus reputabat̄ liber. Sed post q̄ seruus pueni ad libertatē p̄t succedere. et sibi succedit̄. Nā filij eorū succedūt parentibus. et ecōtra excluso patrono fm omnes docto. Et dicūt alii q̄ etiā collaterales vtputa fratres succedūt fratrib⁹. excluso patrono. Dz alij vt Johannes glosator et sui sequaces dicūt q̄ patronus excludit fratres ff. de suis ⁊ legit. hēdi. l. ab intestato. Et ratio est fm Johan. fa. quia patronus p̄t testamentū liberti habentis fratrem impugnare quibuscunq̄ psonis institutis. Sed frater nō p̄t impugnare testamentū fratris sui nisi turpibus psonis institutis vt ℈ de inofficio. testamen. ff. i. notatur. Ex quo ptz q̄ qui habet fortiꝰ ius ex testamēto. etiā habet fortius ius ab intestato.

¶ Notandum finaliter. q̄ licz sicut hic dicitur. seruus factus liber p̄t succedere Si tñ post q̄ est liber iterū fiat seruus.

z deinde manumittatur nō ꝑt succedere vt ff. vñ cogna. l. si is qui cōtra. et s̄ ꝺ capitis diminu. ℌ. qꝺ aūt. Quia sibi ipi tādū est. nec etiā iure naturali inspecto succedere debz. aucten. in successiōe. C. de legit. heredi. Et ideo ꝓtor q̄ inspicit naturalē rationē etiā nō vocat talē seruuz ad successionē ff. de lega. ij. l. cuz patri ℌ nolo.

☞ Opponit ꝓmo sic Et videt q̄ dñs ꝑt succedere ꝑ seruū exītez in fuili cōditiōe. q̄ q̄n seruus ē institut⁹ in testō dñs fit heres ꝑ seruū. ꝙ etiā dñs succedit ꝑ seruū ab intestato a simili. ¶ So°. Dicit Johan. fa. q̄ mirandū est q̄ dñs nō succedit abintestato ꝑ fuū. Sz dicit rōnē q̄ successio ab intestato ñ deferūt nisi ꝑ ius. Et �sm ius seruus nihil ē. vt l. qꝺ attinet ff. de regu. iur. Sz q̄n seru⁹ instituit in testō tunc hereditas deferē ꝑ volūtatē testatoris cui ius cōsonat. z ita nō est simile.

¶ Opponit finaliter Et videt q̄ ille q̄ fuit lib̄ et postea factus est seruus. si manumittat ꝑt succedere. cuius ōriū dictū est in fina. notabili p. l. ex libera. C. de legit. heredi. ¶ Solutio ¶ Illa lex loquitur quo ad honores. hic aūt loquimur quo ad successiones

¶ Repetitis itaq̄z.

¶ Non semp qui proximior ē gradu ē proximior in successione. q̄ sui heredes gradu remotiores excludunt oēs agnatos et cognatos. ꝙuis sint gradu proximiores. et agnati habentes integrū ius agnatiōis gradu remotiores excludunt cognatos gradu ꝓximiores. exceptis fratrib⁹ et sororib⁹ emancipatis. q̄ ꝙuis sunt loco cognator̄. preferunt tñ agnatis vlteriorꝭ grad⁹. hoc dicit.

☞ Notandū ꝓmo. Q. iste ℌ nō solum respicit istū titulū sz oēs titulos in hoc tertio libro supᵖ habitos. Sile dictū ēs ad orphicia ℌ fi. et de ꝓgnato. succes ℌ fi.

¶ Notandū scḋo. q̄ aliq̄s dicit habere integrū ius agnationis. q̄ nō ē capite diminut⁹ vt s̄ de cognato: succes ℌ i. talis enī sc̄z capite diminut⁹ iure ciuili est incognitus nec illo iure succedit vt s̄ ad orphicia ℌ sciendū.

¶ Notāḋū 3°. q̄ notanter dicit in tex. q̄ agnatus plerūq̄ potior habet ꝙ cognatus proximior q̄ nō ē semp vez. Nā frater et soror emācipati iure ciuili non cōputant int̄ agnatos sz ꝓgnatos. z tñ ꝓferunt agnatis vlteriorꝭ gradus vt h̄ in tex. vsi exceptis.

¶ Notandū q̄rto. q̄ iste ℌ q̄ntū ad ꝓmū respōsuz in quo dicit q̄ sui heredes vel qui loco suoz sunt remotiores ꝓferunt in successiōe agnatis. et ꝓgnatis proximioꝛbus vt abnepos. q̄ ē in q̄rto gradu preferē fratri. qui ē in scḋo. hodie ad huc hz locū. Sz q̄ntū ad scḋm respōsū in quo dicit q̄ agnat⁹ etiā si sit longissimo gradu. i. decimo. s̄ de cognato. successio ℌ hoc loco. ꝓferē proximior cognato. vt nepos patrui qui ē in quīto vl ꝓnepos ei⁹ qui est in sexto. ꝓferē auunculo q̄ est in tertio. hodie nō hz locū. q̄ differentia cognationis et agnationis sublata ē. in aucten. in successione. C. de legit. heredi. ¶ Et q̄ docto. h̄ cōiter ponūt sūmariā distinctionē successionū abintestato. Idcirco ex dictis doctorū etiā quādā distinctionē ꝓposui h̄ ānectē Ꝓro cui⁹ intellectu aliq̄ sunt ꝑmittēda Primo q̄ �sm dñm Anto. de bu. in c. ꝑ venerabilē. ex q̄ filij sunt legitimi. in statu innocētie nō fuerūt successiones. nec fuissent. si stat⁹ ille durassz q̄ nō fuerūt meū neq̄ tuū. postea āt in statu nature lapse inceperūt successiōes deferri iure gentiū sine limitatiōe. q̄ succedebāt ut legitimi sicut legitimi. post hoc supuenit ius ciuile q̄ limitate sūt successiōes. deinde pl⁹ declarate sūt ꝑ ꝓtores. Et post modū ꝑ ius auctēti. de iuē successionūz ꝺeꝯminate posita sunt. Scḋo ꝑmittēḋū est q̄ aliq̄ successiones deferuntur iure

cōi.et alique iure singulari. Ille āt deferunt iure singulari q̄ deferūt p statuta et cōsuetudines locoꝝ.ꝛ vocant successiones locales vel singulares. Nā p statuta et cōsuetudines derogāt iuri positiuo.vt in c.fi.eē de cōsuetu. Nā pplus pt aliqd statuere p̄ cōstitutionē p̄cipis qz p̄ceps hz aūctez cōdēdi iura a populo.vt notat anto.in c.i.eē de trāsla.p̄lato. Tertio p̄mittendū ē. Et elicit ex p̄dictis q̄ p statuta localia et cōsuetudines pt fieri q̄ ille q̄ succederet de iure cōi nō succedat. Et ideo in regno francie filij naturales tm̄ nō succedūt matri qui tū de iure cōi succederēt. Et pt fieri statutū q̄ secularis psona vtrusq; sexus excludat in successiōe religiosum. Et ita notat goffre.in.c.quia ingrediēt tib⁹.eē de testamē. Et sic statuta aliq̄rū locoꝝ hūt q̄ tantū masculi succedūt. aliqua q̄ due sorores succedūt loco vnius fris. vel q̄ p̄mogenit⁹ sol⁹ succedat. vt vult idē goffre.in.c. raynūci⁹. eē de testamē. Pōt etiā fieri q̄ illi qui iure cōi nō succedunt ex statuto] pūt succedere vt spurij.vt nōt bal.in.ff.ꝛ qz vidim⁹.in p̄ncipio libri feudoꝝ. Vel pt fieri q̄ collaterales excludāt ascēdētes vt.l.fi.C. cōmu.de successio.pt etiā fieri p statuta vt si quis decedat abintestato nullū habens hēdez si sit cleric⁹ q̄ eps succedat. si sit laic⁹ q̄ fisc⁹ succedat vt notat Johan.fa.s de hēdita.q̄ abintesta.deferūt. in p̄ncipio ¶Per statuta tm̄ laicoꝝ nō cōstringunt clerici q̄ntū ad illa bona q̄ acquirūt p⁹ clericatuz. Sec⁹ forte de p̄timonio qđ clerici aī clericatū habuerūt q̄ tūc statuta poterāt eos ligare vt notat in.c.qđ clericis.eē de fo. ppetē. Et ex istis ptz q̄ ille q̄ ē puat⁹ p̄uilegijs alicuius loci nō pt fm illa p̄uilegia succedere vt vult bar.in questiō c.q̄ incipit. statuto lucane ciuitatis.vt bānit⁹ ex aliquo loco nō succedit p statuta illi⁹ loci vt notat bar.in.l.certa forma.C. de inē fisci.li.x. Quarto p̄mittendū est. dicēda nō debere itelligi in feudis vel in emphiteosi.qz feuda non ppie deferunt p successionē nec iure hēditario.sed poti⁹ p̄ prudentiā.vt vult bal.in.ff.et qz vidimus.in p̄ncipio libri feudoꝝ. Quīto p̄mittendū ē q̄ successiones sunt reciproce vt si ego nō succedo tibi, tu nō succedes mihi.vt volūt docto.in.l.lege.C.d legit.hēdi.hoc tm̄ fallit in liberto et patrono.qz licz patron⁹ succedat liberto. tm̄ libertus nō succedit sibi. Sexto p̄mittendū ē q̄ alique sunt successiones in stirpes.et aliq̄ in capita. Et dicit ille succedere in stirpem qui nō succedit ex sua psona.sed ex psona a q̄ hz originem Et vocat ius illi⁹ successionis ius repsentatiōis. Hz illi dicunt succedere in capita qui succedūt ex suis ꝓprijs psois seu ex suis capitibus vt in.l.p⁹ fratres C.de legit.heredi. In q̄.l.dicit Salicetus q̄ p̄uilegiū succedēdi in stirpes datū ē oib⁹ descēdentib⁹ exceptis liberis p̄mi gradus. Et ascendētibus in capita collateralibus āt etiā datū est succedere in capita.exceptis filijs fratrū et sororū. Septimo p̄mittēdū est q̄ fratres vel sorores nati ex vno patre vocātur cōsanguinei.ex vna mre vocant vterini. Hz nati ex eodē patre et matre vocant vtrinq; p̄iuncti vel germani. Vltimo p̄mittendū ē q̄ descēdētes ꝛ ascēdentes succedūt vsq; in infinitū collaterales āt vsq; ad xij.gradū. Et in hac successione debet gradus pputari fm ius ciuile et nō fz pputationē iurī.canoīci. ¶Istis sic p̄missis distinguendū est de successione abintestato. Quia vel decedēs ē ser⁹ vel est liber. Si sit ser⁹ tūc null⁹ succedit ei vt.l.seruus.C.p̄mu.de successio. Quia quicqd hz ser⁹ ptinet dño suo.s de his q̄ sūt sui vel alie.iuris ff.in ptāte. Si sit lib.tūc aut nihil pt habere.aut pt aliqd habere. Si nihil pōt habere.tūc vel hoc ē ex delicto suo aut ex merito. Si sit ex delicto tūc null⁹ ei succedit.hz fiscus occupat oīa bona sua.

c.quo iure.viij. dis. Si ex merito puta q̄ factus est religiosus. et tūc si mōste/riuz p̄t habere bō in cōi.succedit sibi sal ua legitīa liberis suis si q̄s habeat.l.deo nobis.C.de epis et cleri. Si v̄o mōste/riuz nō p̄t habē bona in cōi.tūc ꝯz Jo. de lignano.alij succedētes habebūt hē/ditatē suā et nō mōsteriū in cle.dudum de sepul. Et ista opinio videtur verior quāq̄ aliq̄ dicāt q̄ tūc succedit ecclesia rhōna.et aliq̄ q̄ ista bona dñt applicari ad vsus illi⁹ mōsterij in q̄ iste decedit. Si āt p̄t aliq̄d habere. tūc aut ē libert⁹ aut ē ingenu⁹. Si sit libert⁹. tūc vel hz liberos vel nō. Si habeat illi dñt succe dere exclusis oīb⁹ alijs vt in ff. p̄desse.ff. de succes.liberto. Si nō hz liberos tūc vel hz patronū vel nō. Si hz patronū ille succedit et alios excludit nisi p̄zon⁹ fecisset aliq̄d p̄p̄t q̄ō esset p̄uat⁹ iurē suc/cessionis liberti vt in ff. hz nr̄a.in gl̄.ff. de succesū.liberto. Si nō hz p̄zonū.tūc vl̄ supsunt liberi patroni vel nō . si sic illi succedūt eq̄lit in capita nisi vni coz sit assignatū ius successiōis liberti. q̄ tūc ille solus succedit. Et si ille moriat alij succedūt in capita ff. de assigna.liber. ff. Si nō supsunt liberi p̄zoni.tūc aut sup sunt collaterales ip̄i⁹ p̄zoni aut nō . Si sic illi succedūt vsq̄ ad quītuz gradū ff. multis ff. de succes.liberto. Istis āt defi/cientib⁹ succedūt ascēdētes et collatēa les ip̄i⁹ liberti.eodē mō sicut dicēt ff in genuis. ¶ Si v̄o decedēs sit ingenuus tūc aut supsūt descēdētes aut ñ. Si sup sint descēdētes.aut illi sūt sui aut nō. Si sint serui tūc nō succedūt abintesta to.sicut etiā eis nō succedit vt.l. ācille. C.p̄mu.de successio. Si āt sī libori tūc aut sūt nāles et legitimi. aut sunt legti tm̄. aut sūt nāles tm̄. aut sī vulgo q̄siti seu spurij. Aut sūt ex dānabili coitu na ti. Si sint nāles et legitī tūc succedunt in infinitū.et excludūt oēs alios.in au cten.de hēdi.q̄ abintesta.veniūt ff. col/la.x. Est tn̄ int eos dīa. q̄ si descendant ex eodē p̄e et matre tūc succedūt eq̄lit sine dīa sexus.aut etiā emācipationis ā patrie ptātis vt in ff. nullā. in auct̄. de hēdi.q̄ abintesta.veniūt. Sz si aliq̄ de/scēdāt ex eodē p̄e.et aliq̄ ex eadē mre. tūc dñtes ex p̄e eq̄lit succedūt in bois paknis. Et descēdentes ex mre in bois maknis.et oēs eq̄lit in acquisitis p̄ pa/trē et matrē vt in aucten. de p̄sangui. et vteri.fra.p̄ totū colla. vi. Distinguēdū ē etiā an isti sint paris grad⁹ aut dispa/ris. Nā si sint paris grad⁹.et p̄mi grad⁹ succedūt eq̄lit in capita. Si āt sint dis/paris grad⁹ vtputa nepotes succedunt cuz patruis suis tūc patrui succedūt in capita.et nepotes in stirpes ff. cū fili⁹. s̄ de hēdita.q̄ abintesta.deferunt. De vl teriorib⁹ etiā p⁹ filios. adhuc est distin/guendū. Quia aut sunt p̄cepti inuita il lius de cui⁹ successione agit aut nō. Si sic tūc succedūt in locū p̄is si p̄ nō vo/lit succedere aut mortuus sit. aucten. in successione. C. de legit. hēdi. Si nō sint p̄cepti ī vita illi⁹.tūc aut p̄ coz adiuit hēditatē.aut mortuus ē infra tp̄s deli/berandi.et tūc succedūt in locū p̄is.p.l i.C.de his q̄ aī aptas tabu. Si v̄o pat coz nō adiuit hereditatē vel mortu⁹ ē p⁹ tp̄s deliberādi repudiata hereditate tūc nō succedūt in locū p̄is. et p̄cedūt eos oēs agnati et p̄gnati vsq̄ ad legiti muz'gradū vt.l.vt in testō.C. de legit. hēdi.et in ff. cū āt q̄rit. ff. si.plane. s̄ de hē dita.q̄ abintesta.deferunt. Et hoc appa/ret valde dur p̄ filijs. Et bonū esset de hoc aliā determinationē iuris habere. Et q̄d dictū est de naturalib⁹ et legiti/mis.debet etiā intelligi de legitimatis p̄ curiā principis vel p̄ subsequens ma trimoniū.de quib⁹ s̄ in ff. quib⁹. de here dita.que abintesta.deferunt. ¶ Si autē sint legitimi tantū sz adoptiui. tūc aut sunt emācipati aut nō. Si sic tunc non succedūt patri adoptiuo nisi eēnt arro/gati impuberes.de quoz priuilegio di/ctum est s̄ de adoptio ff. cū āt impubes.

De materia successionū abintestato

Si sint emancipati tunc succedunt patri adoptiuo cum filijs naturalibus et legitimis.siue sint in potestate siue non vt.l.cum in adoptiuis.C. de adoptio. Si autem sint naturales tantū tūc aut pater habet alios legitimos et naturales.et isti nullo modo succedunt patri Aut non habet et isti succedūt in duabus vncijs vt.l.licz.C. de naturalibus liberis.

Si autem sunt vulgo quesiti tunc nullo modo succedunt patri. in aucten.quibus modis natura.efficiunt legitimi.§. fina. De matre aūt distinguendū est.qz aut est illustris aut non. Si sic. tūc aut habet alios liberos naturales et legitimos.et isti non succedunt.aut nō.et isti succedunt in totū. Si vero non est illustris et habet alios filios naturales et legitimos tunc isti succedunt cum illis.si non habeat succedūt in totum.Et ista notātur p docto.in.l. si qua illustris C.ad orphicia.et multo fortius naturales tantū succedūt matri etiā illustri si nō habeat alios naturales et legitimos Si aūt sint ex dānabili coitu tunc non succedūt patri neqz matri. aucten.ex cōplexu.C.de incestuo.nup. Pater tū tenetur oībus istis procurare alimēta vt in c.cuz haberet. extra de eo qui duxit in matrimo.quā polluit p adulteriū.

Si aūt quis decedat relictis tantū ascēdentibus tunc potest distingui sicut dictum est de descendentibus. vt si decedens sit naturalis tantū seu legitim⁹ tātum vel spurius. tūc parētes succedūt liberis sicut liberi succedūt parentib⁹ vt notat bar.in.l.si gener.ff. de his qui. vt indig. Sed si decedens sit naturalis et legitimus.tunc aut supsunt pī et mī Aut alter eorūz.aut alij supiores parētes.primo casu succedunt pater et mat equaliter.nec pater excludit matrez vt olim faciebat.auctē.defuncto.C.ad terculia.Si alter tantum ille succedit exclusis omnibus alijs.vt.l. fin.C. ad orphicianū. Nisi esset mater que se feciss/ set indignam successioni. quod contingit in tribus casibus. Primus casus est si transeat ad secunda vota non petendo tutorem pupillo suo.l.omnez.C. ad terculia. Secundus casus si trāseat ad secunda vota relicto pubere. quia tunc solum succedit in bonis paternis vt.l. mater.C. ad terculianum. Tertius casus si mater turpiter vixerit. aut luxuriata fuerit vt in aucten.de non eligen; scdo nubentes.§.cum igitur. collatio.i. Si autem supsint superiores parentes hoc est auus et auia ꝛc. tunc proximiores succedunt.Et si plures sint eiusdez gradus succedunt in capita. Si tamen paterni et materni sint disparis numeri.tunc patrimonium diuiditur in duas partes. et vnam medietatem habebunt paterni.et aliam materni.siue sint plures siue pauciores.vt notatur in aucteti.defuncto.C.ad terculia.

Si autem cum parentibus supsint collaterales distinguendum est. Quia aut sunt fratres vel sorores defuncti vtrinqz piuncti.et illi succedunt siue cum patre et matre siue superioribus ascendētibus in capita. Nisi parentes cōuolassent ad secunda vota.tunc enim solum succedunt in vsumfructum vt.l.femine C.de secūdis nuptijs.Et si cuz istis sint fratrū filij ex fratribus vel sororib⁹ vtrinqz piunctis illi succedunt in stirpes iure repsentationis vt in aucten.cessante.et ibi p docto.C.de legit. hēdi. Aut supsunt fratres et sorores ex vno latere tantū piuncti et ibi excludunt p parentes. et per psequens eorum filij vt in dicta aucten.cessante.

Si vero quis decedat relictis collateralibus tantum:tunc iterum potest distingui de naturalibus tātū. vel legitis tantū seu spurijs.et succedunt sibijnuicez sicut succedunt personis p quas cōiunguntur vt vult bar. in distinctione sua quam fecit de successionibus.

Dz si relinquant naturales et legitimi tūc ꝑt sic distingui. Quia aut relinquūt frēs vel sorores defuncti. aut filij eorū. aut ulteriores. ꝓmo casu distinguēduz est. Quia vel sunt utrinqz ꝓiūcti vel ex uno latere tantū. Si utrinqz cōiūcti illi succedunt in capita exclusis oīb⁹ alijs nisi essent fratrū vel sororū utriqz ꝓiunctoꝝ filij. q̄ succederēt cū eis in stirpes vt.l. post fratres. C. de legit. here. Si āt filij taliū fratrū vel sororum soli sine suis patruis vel auūculis succedāt patruo vel auūculo defuncto. tūc ē opinio an succedūt in capita an in stirpes. Et ꝑ utraqz ꝑte sunt magni doctores. Apparet tn̄ potiꝰ q̄ succedūt in capita. qz qn̄ succedūt cū patruis suis tūc admittunt in stirpes. quia alias nō succederent sed patrui excluderēt eos. ex quo sunt gradu ꝓpinquiores. ḡ si succedant sine eis cessat illud. t succedūt in capita Et ita videt velle Cy. in auct̄. itaqz. C de legit. hēdi. Si āt sint ꝓiūcti ex uno latere tantū. tūc aut oēs sunt cōiuncti ex eodē latere. et succedūt equaliter in capita. aut ex diuerso latere. et tūc paterni succedūt in bonis patrnis. t materni in bonis maternis. In bonis āt acquisitis succedūt eq̄liter vt.l. de emancipatis C. de legit. heredi. Et istoꝝ filij succedunt loco patrū in stirpes vt dictuz est de utrinqz ꝓiūctis vt. in. l. pꝰ fratres. C de legit. hēdi. Si āt sint ulteriores collaterales pꝰ frēs et eoꝝ filios tunc illi succedūt fm ꝓximitatez gradꝰ sine dīa agnationis et cognatiōis. etiam sine distinctione pīmonioꝝ. et sine distinctiōe vinculoꝝ. Ex quo ꝓz q̄ auūculꝰ qui ē cognatꝰ excludit nepotē q̄ ē agnatꝰ. cū auūculꝰ sit gradu ꝓximior. Et ipe auūculꝰ nō solū succedit in bonis mrnis. sz etiā pīnis. Ꝓz etiā q̄ nepos licz descēderit ex fratre ex uno latere tantū cōiuncto excludit ꝓnepotē qui descendit ex fratre ex eodē latere cōiūcto. t talis nepos eq̄liter admittit cum nepote ex fratre utroqz latere cōiuncto cuius rationē assignat pan. de cas. in sepedicta. l. post fratres. qz ista successio ꝑtinua est et extraordinaria. Et ideo solū debz habere locū in fratribus et eoꝝ filijs quibus hoc ꝓuilegiū est cōcessuz. Istis āt oīb⁹ deficientib⁹ succedit uir et uxor. q̄bus deficientib⁹ uenit fiscus nisi decedens esset collegiat⁹ in collegio approbato. qz tūc succederet collegiū vt.l. si quis. C. de heredi. decurio. coarta. militū t fabri censiuz. Si enī collegiuz nō esset approbatum succederet fiscus vt.l. i. ff. de uē fisci. et ibi ē status oīm successionum. et tantuz de illa materia.

Titulus VIII

De successione libertorum.

Glo. h cōtinuat istā rubricaz sic. Dictuz est ꝓius de successiōe ingenuoruz Hic cōsequenter tractat de successione libertoꝝ. Sz ista cōtinuatio nō ē bona qz s titulo proximo dictū est etiā de successione libertoꝝ. ꝑt igit sic cōtinuari. Dictū ē s q̄liter successiones deferūt iure agnatiōis seu ꝓgnatiōis vel patrie ptātis. h ꝓsequent tractat q̄liter successiones deferūt iure ꝓonatꝰ. t qz talis ē successio libertoꝝ. ideo iste titulꝰ rubricat de successiōe libertoꝝ. Notādū circa rubricā q̄ duplex ē iuspatronatus. Mā q̄dā ē spūale et ecclesiasticū. q̄ ꝓstitui tur ex donatiōe vel cōstructiōe seu fundatiō ē ecclesie. Et istud ius ꝓonatꝰ ꝑt laicꝰ possidē. vt in c.i. d iure patrona. li. vi. Sz de isto nō ꝑt laicꝰ iudicare vt in c. q̄nto. eī de iudi. Ex q̄ patz q̄ q̄uis ꝓncipē laicū bō alicuiꝰ cōfiscant. si tn̄ ille hz ius ꝓonatꝰ. h nō cadit sb tali cōfiscatiōe. vt ē bō gl. in cle. pasto. de re. iudica. Et iō ꝑt talis adhuc pītare ad bn̄ficia nō obstāte cōfiscatiōe. Et ꝑt istud ius trāsmitti ad heredes etiaz erneos. de isto āt iure patronatꝰ nō tractat h.

De successione libertoꝝ.

